



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


Via Vitæ Operis Hvivs Hypothesis


Florentius <Batavus>


Antverpiae, 1551


[Tractatvs Primvs]


urn:nbn:de:hbz:466:1-30077



































IMPEDIMENTIS ET ADIVMENTIS
ambulabunt & non deficiēt. Proinde qui sic
pusillo animo sunt, non leui offendunt Deū
commisso, propterea quod ipsi sibi obstacu-
lo sint ne ipsis possit Deus (vti su. nrope-
re desiderat) auxiliari. Hoc ipsum autem ita
se habere manifestius ex veteri licet discere
testamēto, maximē ex illo quod Deus tā in-
dignē tulerit, quod filij Israel post varia sibi
diuinæ virtutis & amoris exhibita signa, tā
parum fiderent diuinæ protectioni, quod
subinde de Domino cōquererentur, quod-
que seruis eius Mosi & Aarōni obmurmura-
rent: ob quæ tandem Dominus iam ira per-
citus ita aiebat. Usquequo detrahet mihi
populus iste? Quosq; nō credēt mihi in om-
nibus signis quæ feci coram eis? Hinc igitur
iam liquet quam Deum offendāt qui pusil-
lo animo sunt. Proinde quisquis varijs se ob-
noxium commissis, suamq; agnoscit fragili-
tatem, is scito sibi magis necessarium esse
vt contendat ad perfectiora, quā alijs. prop-
terea quod facilius illis in atrociam possit rue-
re flagitia, hinc suā perditurus salutē. Quō
enim quis infirmior est, hoc magis opus ha-
bet medicamen. Ad hęc meminisse oportet
quemadmodū diuina illa sapientia permul-
tos sinat in enormia prolabi scelera, prius-
quam illos ad suam pelliceat gratiam atque
amicitiam,

Num. 14. b.

amicitiam, quo videlicet vel hoc pacto & suam bonitatem declaret manifestius, & ipsi vicissim maiori ferantur in Deum amore, dum intelligunt à quantis malis misericorditer reuocati, admissi sunt ad diuinam clementiam & amorem. Ad hunc modum Dauidem, Petrum, Augustinum, Magdalenen, Pelagiam, & alios permultos in execrandos errores aut foeda crimina collabi permittit, priusquam illos ad suam pellicere gratiam decreuisset, quos tum tandem ad insigne sanctimoniam culmen euexit. Propter quod psalmographus ait: Multiplicatae sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt: nimirum quod praeterita vulnera multis causae sine maioris sanitatis, & praeterea inertia plerumque quasi calcar quoddam esse soleat spiritualis processus: quemadmodum & Dominus ipse Simoni illi leproso proposito duorum debitorum enigmatem, manifestat, Cui enim plus condonatur, plerumque etiam consuevit ardentius tandem condonatore redamare: sicuti haud dubie maiori amoris & obsequii vinculo iustissima omnino ratione deuinctus est.

Psal. 119.

Luc. 7. 46.

Quod nemo ob vitae spiritualis difficultatem sese subtrahere debeat viae quae ducit ad perfectionem. Ca. 5.

Iam quod ad difficultatem attinet vitae spiritualis, quae multos adeo animo deiectos reddit, ut ne audeant quidem aggredi, aut

IMPEDIMENTIS ET ADIVMENTIS ¹⁰
di, aut certè si iam aggressi sunt, non audeant
ad consummationem contendere, quum ani-
maduertunt non posse sese protinus sua vi-
cia pervincere: & concupitum assequi feruo-
rem. In confesso quidem est, quod quo vita
sublimior, hoc maiore ad illam sit opus ne-
gocio, propterea quod varijs sit incommo-
data salebris, praesertim in primo ipso in-
gressu: & eiusmodi sanè est iter ad pietatem
plenum sudoribus, plenum periculis, plenum
irritamentis iuxta illud Iob, Militia est vita
hominis super terram. Hinc sapiens ita filium
suum comonefacit dicens: Fili accedens ad ser ^{Eccl. 2. 26}
uitutem Dei sta in iustitia & in timore: & pra-
para animam tuam ad tentationem: hoc est, omni
momento esto prospiciens, quando quidem
sub omni (quod aiunt) lapide dormit pecca-
ti scorpius: nihil est quo non abuti in nostram
perniciem possit versutissimus ille serpens dia-
bolus, (tetat somno, tetat vigilia, tetat cibo
tetat ieiunio, tetat sermone, tetat silentio,) nisi
Dei timore persistentes oculatissima circumspe-
ctione nobis vndique prospiciamus: potissi-
ma tamè difficultas huius viae in ipso statim
ingressu sita est, ob usum habitumque con-
trariorum, ita ut initium ipsum vniuersum pe-
ne pondus molestiarum comprehendat.
Nam ut beatus testatur Hieronymus, gra- ^{Hiero.}

Bij uem

uem & asperam nobis reddit viam virtutū,
 magnitudo ipsa consuetudinis peccatorū,
 quæ si in diuersum commutetur, verissimū
 comperietur quod habet scriptura, faci-
 lem esse viam iustitiæ. Via enim Dei (in-
 quit Gregorius) angusta quidem est incipie-
 entibus, sed lata perfectis. Molestę sanē sunt
 res spirituales quas veterē repugnante vsu
 aggredimur: leue tamē onus Domini est si-
 mul atq; capimus paulisper gestare. Quid
 autē merito graue nobis videri debet, quū
 & infinitum sit premium ob quod labora-
 mus, & infinitus sit Deus cuius amore labo-
 ramus: qui etiam tam est auxiliator beni-
 gnus vt quo nobis labor molestior est, hoc
 nobis ipse vicinor sit, maiorique erga nos
 feratur affectu? An non seruorum suorum
 laborem mitigat, qui per scripturam loqui-
 tur, Qui edunt me adhuc esurient? Nū dul-
 cis ille amator, & parens tam sollicitus suo-
 rum aliquando poterit obliuisci, cuius Spi-
 ritu tam erat suavis Andreae crux, tam dul-
 cis Laurentio crates, tā deniq; optabile vir-
 gunculis multo tenerrimis martyriū, vt ad
 cruciatus quasi ad epulas inmitatę conuo-
 larint? Scilicet illo erant imbuti amore, quo
 pene caremus vniuersi, & quo solo omnia
 diuina cōdiūtur & dulcescūt fercula. Quid
 quæso

Grego.

Eccle. 24. 6.

IMPEDIMENTIS ET ADIVMENTIS II
quæso nõ potest amor? Aut quid fortius di-
lectione, quæ fortis est vt mors? Quid pre- Cant. 8. b.
mi præstolabimur, si nihil desudauerimus?
Quid laudis, quid honoris, cuiusmodi coro-
nã erimus promeriti, si in amore torpemus,
aut prorsus eo caremus? qui sanè verus esse
nequit, nisi ingentia faciat toto pectore de-
siderare, tametsi eadem non possit semper
re ipsa perficere. Nemo igitur detrectet
operam, aut saltem nemo non seipsum exti-
mulet ad ardua, nemo non manũ mittat (cũ Pro. 31. 6.
forti illa apud sapientem mulierẽ) ad fortia
semet paulatim exercitans, fragilis sit licet,
Deo saltem offerens accinctam voluntatẽ,
qui omnis consummationis exordiũ simul
& preparatio est. O dilectissimi Christi Ie-
su amatores tollite obsecro vestram crucẽ
sequuturi Iesum, sine qua nemo angustã illã
cæli portam ingreditur. Ocyus quanto po-
testis desiderio ad perfectiora properate: nã
quo magis properabitis, hoc erit dulcius.
quanquam interim quò magis propinqua-
bitis, hoc longius vos abesse censebitis: sed
ardens illa acceleratio pœnam ac molesti-
am omnẽ & leuiorem reddet & breuiorem,
ita vt duplo futura sit incundior via ducẽs
ad perfectionem quam nunc est ignaua ista
via in imperfectione. Nunc enim duobus

Bij

infernentes

inseruientes dominis in continuo conflictu
 laboratis, quum tunc vni adherentes indisso-
 lubili amore Domino, tanto essetis securio-
 res, quanto altero illi domino minus suppe-
 teret viriū. Preterea nihil est quod quēquā
 exterrere debeat, quū semper suppeditet no-
 bis Dominus & propugnæ modo arma, &
 pro nostra necessitate subsidiū. Deniq; plu-
 res semper nobis adsunt ppugnatores, quā
 oppugnatores, maxime quū vnicus angelus
 prudentior ac potentior sit ad succurren-
 dū, quā sexcenti hostes ad nocendum. tantū
 à nobis imperator noster ex promptā requi-
 rit voluntatē, nostrasq; quales quales quas
 impertitus est viriculas: quicquid præterea
 deerit ipse libens suppleturus est, tantū ne
 pusillo simus animo: nā eiusmodi nō magis
 apti sunt pretio spirituali, quā inermes mili-
 tes corporali, quippe qui facile fugā ineāt,
 & alios de statione decedere cōpellant. Ve-
 rū nemo coronabitur, nisi qui legitimè cer-
 tauerit. Cæterum quemadmodum hostes
 huc imprimis spectant vt aduersam par-
 tem pauore reddant obnoxiam, non ignari
 aciem timidam, iam media pene parte supe-
 ratam: ita & humani generis hostis diabo-
 lus quum hominem in pusillanimitatem cō-
 iecerit atque pauorem, tum longè quam an-
 te po-

3. Tim. 2. 2.

IMPEDIMENTIS ET ADIVMENTIS 13
te potentior est, magnaque iam ex parte tri-
umphat. Ideoque primus tentationis incipi-
entium assultus tum esse consuevit, quum eis
succurrit quicquid vsquam circa probatam
vitam obtingere potest molestiarum: &
nonnunquam ea succurrunt, quæ nunquam
cuiquam obtigerunt, aut certè quæ ipsi nun-
quam obuient. Sic enim nonnulli secum
reputant. Qui fieri posset, vt memet illis
aut illis subducam, quæ sic deperi, quibus
sic assueui? Quonam pacto his aut illis par
esse queam, quibus nunquam assueui? Fieri
poterit vt ea res in hunc aut illum me mor-
bum coniciat: fortasse pœnitudine du-
car, quum sero erit mederi: fortasse nihilo
futura sum hoc aut illo melior, quorum
prima cogitatio seu decretum pœnitudo
est et cætera. Hæc sunt terrificæ illa ho-
stium tubarum taratantara quibus ho-
stis noster perstrepat in animis eorum qui
boni quippiam auspicari moluntur, aut
sanctæ militiæ se sacramentis initiare
destinant, quibus plerisque vel ante
conflictum deicit, et in rugam conuet-
tit. Aduersus hæc ergo quisque sibi ani-
mum addere, & strenuorum debet militum
imitari exemplum, qui quum hostium for-
midant po- simile.

B iij

midant po-

midant potentiam, aiunt se malle pugnantes occumbere, quam fugientes, quando ita necesse est: nec id modo, sed & tubarum fragoribus aduersus hostium tubas crepant: quæ & pusillanimus quisq; imitari contendet. Ob oculos sibi peopouet quecūque animam, vires, & solatiū prestare poterunt, cuiusmodi sunt piorum hominū exempla, & scripturæ huc peculiariter spectantes, certo persuasus multo esse satius in ipso mortem oppetere certamen, quam ob metum aut ignauiam ordinem deserere, itaq; cum ignominia in hostium manus venire. Sed & hoc habetis indubitatum, vteunq; se habeat homo, neminem citra labores erumnas & curas hunc posse pertansire mundū. Quinimo qui se totos prauis dedūt concupiscentiis cupientes explere quicquid impia suadet voluptas, se penumero multo grauiores molestias curasque experiuntur, quam Deo deuoti in itinere virtutū. Quare in nouissimo illo die fateri cogētur quod sapiens multo ante predixit. Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauim⁹ vias difficiles, viam̄ Domini ignorauimus. Cōsimiliter et israheliticus ille popul⁹ multo grauiorib⁹ atteret⁹ laboribus et erūnis, in Aegyptū, quā vel in eremo vel in terra repro-

sap.

IMPEDIMENTIS ET ADIVMENTIS
ra repromissa. Quū igit̃ vtrobiq; certamē
& labor sit, an ne potius homo desudabit,
animę suę æternę salutis gratia, quā corpo
ris sui scedæ & mox transituræ voluptatis
ergo? His atq; id genus alijs rationibus (de vide trac. i
quib. infra differemus) quisque animo suo ca. ii. & 1549
vires addet, & pusillanimitatis tentationē 4. ca. 6.
facile peruincet.

De impedimento tertio, quę temeritas est. Ca. 6.

Tertio loco aliud occurrit impedimē
tum, pusillanimitate non paulo peri
culosius nocentiusq; quę temeritas
dicitur, seu nimia sui confidentia, et hæc ex
diametro pugnat cū pusillanimitate, quip
pe quę nihil aut parum admodum metu
at. Temerarius enim sibi persuadet satis se
esse prudentem, fortem, ingeniosum & a
stutum ad ingrediendum semitā virtutum,
multumq; confidit naturæ suę dotibus, pa
rum sollicitus de dotibus spiritus sancti. A
bundē satis se corpore potentē, scientia at
que ingenio præstantem æstimat ad peragē
dam inculpatae vitæ semitam: miratur eti
am si quis in hac re sibi met uat: sed neq; in
precib. sedulus est, diuinam sibi apprecans
opē. Hęc autem est vera arrogancia, quod
est maximum in semitā virtutū impedimē
tum: nā vt omnes arcanae testantur literæ,
inter

DE SPIRITVALIS VITAE.

inter omnia mala nullum est Deo magis inuisum atq; temeraria arrogātia. Hoc enim primum malum est, quo Lucifer vnā cum suis è cœlo præcipitatus atq; ita gratia diuina exutus est, vt nullus omnino eis pateat ad eandem regressus. Hac de re multa loquitur in scripturis dominus, hoc mali multis nominibus detestans, nominatim per Ieremiam ita inquit: Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum (hoc est fortitudinem suam) & à domino recedit cor eius: rursusq; per Iesaiam: Væ filij desertores, dicit dominus, vt faceretis consilium, & non ex me: & ordire mini telam, & non per spiritum meum. Specta igitur quā deo displiceāt temerarij isti, qui non omnibus in rebus diuinam efflagitant opem, consilium & prudentiam: id enim illinc aduertere est, quod tam formidabiliter intonet væ & maledictus, quæ non nisi ab homine vehementius ira percito proferri consueuere. Neq; vero mirum est q; hæc pestis tam sit Deo exosa, seipsum enim sibi deum constituit qui eiusmodi est: atq; adeo mirum est hoc malum posse in alicuius animo residere, maximè cum quisq; indies persentiat quā sit ipse creatura fragilis & insipiens, quā facile deludi & corrūpi possit, quā

Ier. 17. 21

Iesa. 30. 21

IMPEDIMENTIS ET ADIVMENTIS 14
sit, quàm sit diuinę opis atq; consilij indig^{us},
in omni etiam negotio quavis exiguo, præ
sertim in peruincendis prauę voluptatis cõ
cupiscētis. Sed quinam fieri potest, vt hoc
mali quempiam christianorum corripiat, 2. Cor. 3. b.
maximè qui Beatum Paulum audierit dicē-
tem, quod non simus sufficientes cogitare
aliquid a nobis quasi ex nobis, sed sufficien-
tia nostra ex Deo est. Quapropter idem a-
postolus alio loco inquit: Si quis videtur in 1. Cor. 3. d.
ter vos sapiens esse in hoc sæculo, stultus
fiat vt sit sapiens: hoc est, quisquis sibi de
sua fidit industria, aut de prophana quapi-
am eruditione, seipsum ineruditum & de-
sipientem aestimare debet, si sapientiam ve-
lit assequi diuinam. Sapiens quoque ait: Vi
disti hominem sapiētem sibi videri, magis
illo spem habebit insipiens. Propter quod
Jeremias: Scio Domine, inquit, quia non
est hominis via eius: nec viri est vt ambu-
let, & dirigat gressus suos. Proinde vide-
mus nonnunquam huiusmodi temerarios
homines ardua audere aggredi, arctissimis
vitæ seu regulæ initiari institutis, atque in
ipso statim exordio mirè videntur religio-
si vltra cõmunem piorum hominũ modũ:
tandẽ tñ deprehēdunt edificasse sup arenã,
nõ sup petrã Chr̃i. Solent, n. magna ruina
concidere

Pro. 24. b.

Jer. 10. d.

DE SPIRITVALIS VITAE.
concidere, sicuti parum prudenter sese ex-
tulere, & sine pennis tentarunt volare.

De quarto impedimento nempe eo vitio, quam
vulgo inansm sui complacentiam dicunt. Ca. 7.

Sunt præterea temerarij quidam sed al-
sterius generis, nimirum qui in vitæ qui-
dem probitate aliquousque progressi
sunt: sed persuasi interim longè se alius in-
gressos quàm re ipsa sint. Quorum nonnulli
etiam mundo huic & carni se prorsus iam
demortuos extimantes extra timorè agunt,
eoque per vanam sui complacētiam quam
vocant, redduntur incurij. Cōmune quod-
dam vitium est ex philautia illa hoc est ni-
mio sui amore manans, dum quisq; suā con-
suetudinem, suum opus, & quicquid præte-
rea suum est præstantius ac melius iudicat,
quàm re ipsa sit. Vulgo enim videmus, suo
quemq; artificem opere impense delectari:
suos item fœtus suis matribus videri for-
mosiores. Ad hæc quæ impendio amamus
eadem & pulchriora melioraq; iudicamus
quàm re vera sint. Vnde & hodie vulgo sci-
tè dicunt, nullum reperiri deformem ama-
sum: propterea quòd amanti vel non pul-
chra pulcherrima videantur. Quàmquam na-
turalis hæc mortalium philautia, in rebus
prophanis ferenda fortasse non iniuria cen-
sebitur,

Suum cuiq;
pulchrum.

Aris. li. mo-
7a. 4.

IMPEDIMENTIS ET ADIVMENTIS 15
sebitur, at in rebus spiritualibus maximo-
pere est detestanda, vt quæ plurimū incō-
modare possit homini, eiq; diuinam grati-
am aut iam donatam adimere, aut dooan-
dam præpedire. Hoc autem morbo labo-
rantes ita compellat in Apocalypsi Domini ^{Apo. 3. 6.}
Dicit: diuersum et locupletatus, et nul- ^{Gal. 6. 20.}
lius egeo: & nescis quia tu es miser & mise-
rabilis & pauper & cæcus & nudus. De eis-
dem dicit & Paulus. Si quis existimat se ali-
quid esse quum nihil sit, ipse se seducit.
Quam turpiter desipit quisquis ille est, qui
de bonis sibi coelitus datis cristas attollit,
atq; in eis acquiescit: quum proflus igno-
ret ad quem sit tandem finē peruenturus, et
an diuino munere non sit destituendus: ni-
hil enim non incertum est in hoc sæculo.
Quod si is sciret quam exiguum sit quicquid
illud est quod habet, & quam facile possit
eius facere iacturam, haud dubie circumspe-
ctius thesauro suo & cumulando simul &
seruando inuigilaret.

De quinto impedimento, nempe de vana de diuina
benignitate confidentia. Ca. 8.

EST & aliud in spirituali profectu im-
pedimentum, quam vanam in Deum
cōfidentiam dicere possumus, qua ple-
riq;

riq; præsertim hac tēpestate miserè sibi im-
ponunt, plus æquò de immensa misericor-
dia, deq; inscrutabili benignitate Dei sibi
blandientes, tanquam nō idem et iustus sit,
sicuti misericors. Cotidiana cōmissa leuia
ducunt, imo ne de atrocioribus quidē ma-
gnopere discruciantur: inquit enim tan-
tam esse Dei clementiam, vt solo suspirio
primaq; statim pœnitundine remittātur pec-
cata. Alij item, Christus inquit nostri cau-
sa hominem assumpsit, nostri gratia pepen-
dit, nostra ipse facinora in sua cruce gesta-
uit. Quin & scripturarum norunt loca ad-
ducere, quæ declarent inscrutabilem Dei
misericordiam, & in quibus deprecetur
& attollatur constans in Deum fiducia: ve-
rum si pari diligentia ea perscrutarentur lo-
ca, quæ seueram Dei iustitiam commemo-
rant, quæ nos ad salutarem hortantur timo-
rem, fortasse non pauciora offenderent lo-
ca de iustitia quam de dei misericordia.

Nam sicuti sacri scriptores ex arcanarum
scripturarum collatione manifestant, deus
ipse nusquam misericors est absq; aut con-
tra iustitiam, nec rursus vsquam iustus citra
misericordiam. Indicat hoc propheta Da-
uid dum multis in locis hæc duo coniun-
git: nunc inquit, Diligit Dominus mise-
ricordiam

Psa. 32. 24.

Psa. 100.

Eccl. 16. b.

IMPEDIMENTIS ET ADIVMENTIS 16
ricordiam & iudicium: nunc vniuersæ viæ
Domini misericordia & veritas: nunc, Mi-
sericordiam & iudicium cantabo tibi do-
mine. Similiter & sapiens, Misericordia in-
quit & ira cum illo est. Multum itaque hal-
lucinantur qui alteram modo spectant par-
tem, neglecta altera. Proinde vterque pes ^{Similes}
domini exemplo Magdalens tergendus &
lacrymis irrigandus est ei, qui certam con-
sequi velit admissorum condonationem: et
qui recta velit pergere in via Domini, per
fiduciam atq; timorem non tam misericor-
diam quam iustitiam contempletur neces-
se est. Nam quemadmodum per bonam ca- ^{Simile.}
lidi & frigidi temperaturam sanitas con-
servatur corporis, ita vt quoties alterū aut
remissius est aut vehemētius quam natura
postulat eum hominem in morbum aut in
mortem incidere necesse sit, ita et per spem
diuino timore aptè temperatam bonā ani-
mæ tuemur valetudinem. Nam timor si sit
immodicus mœstitudinem, desperationē,
aut pusillanimitatem pariet: rursus spes, ni-
si sit metu & observatione diuinorum man-
datorum condita generabit temeritatem,
vanam confidentiam, leuitatem & cætera.

Sunt enim impij, inquit sapiens, qui ^{Eccl. 3. c.}
ita sunt, quasi iustorum facta habeant:
sed

Eccle. 5. b.

sed & hoc vanissimum iudico. Rursus idē alias, De propitiato inquit peccato noli esse sine metu: neq; adicias peccatum: & ne dicas: misratio Domini magna est: multitudinis peccatorum meorum miserebitur: misericordia enim & ira cito ab illo proximant. Quapropter quotquot fuere homines sancti quantumuis sancti nomina, siue etiam miraculorum gloria, aut diuinis reuelationibus celebres, nunquam non sibi soliti metuebant de vltimo illo fine, deq; occultissima inscrutabilis illius iudicij seueritate. Quinam igitur sit vt nos ignaui, tam dormiamus in vtramuis aurem ociose, qui tot modis illis sumus inferiores: & ob quorum oculos merito semper illud Ecclesiastæ obuersari debet: Nescit homo vtrum amore an odio dignus sit: sed omnia in futuro seruatur incerta. Alias quoq; & hoc dicit: Est via quæ videtur homini iusta: nouissima autem eius deducunt ad mortem, hoc est in gehennam. Proinde quisquis in virtutibus progredi foeliciter desiderat, ab hac securitate sibi caueat oportet. Nemo facilius superatur, quàm qui timoris & sollicitudinis expers est. Atq; ob hoc frequentissimè admonemur tam per Christū quàm per Apostolos ne vnquam excubias agere cessemus

Ies. a.

Pro. 4. b.

IMPEDIMENTIS ET ADIVMENTIS is
cessemus propterea quòd hosteis habeamus
semper excubantes semperq; obseruantes,
vt nos fallant captiuentq; quū nihil tale me
tuimus. In cuius rei figurā scriptū est, quod Iud. 7. 9. 10.
in Iudicum Israeliticorum volumine de Ge
deone legimus, qui hostiū suorū fuisse ex-
ercitum cōmemoratur, quum securos se ex
istimarent, nihilq; aduersi sibi arbitrarentur
imminere.

De impedimento. 7. nempē scedia. Cap. 9.

Sunt præterea nonnulli, qui quidem nō
omnino expertes sunt solitudinis & ti-
moris, verū feruēt illo carēt corrigendę
vitæ desiderio, & tā agunt remissē qua-
si prorsus timoris & solitudinis expertes:
qui sanè torpor seu ignauia non mediocre
præstat vitæ virtutum impedimentum. Cō-
parātur autem istiusmodi homines limacę, Simile.
quę non modo tardi est ingressus, verū &
vbicq; turpe relinquit sui gressus vestigium:
ita & isti tam sunt in omnibus rebus ignaui
ac tardi, vt nullum sit illorum opus, quod
non relinquunt imperfectione veluti iner-
tiæ suę vestigio deforme. Neq; vero lucrū Simile.
isti faciunt, sed iacturam potius. Imitantur
autem ignauos illos operarios, qui ne illud
quidem lucrantur quod ipsorum sufficiat
cotidiano victui, sed quicquid illud est pre-

C mī la-

mñ laboris a manibus (quod aiunt) prope-
 rat ad dentes : tantumque abest vt rem fa-
 ciant, vt etiam grauibus se debitis obligēt,
 quibus tandem soluendo non sunt. Ita quo-
 que & isti vix ea præstant quibus se obliga-
 tos non ignorant : hoc est tenuiter admodū
 ac tepidè vulgaribus illis Dei atque Eccle-
 siæ aut instituti sui præceptis morē gerunt,
 plurima interim omittentes, quæ citra ne-
 gocium agere poterant bona: multis quo-
 que criminibus sese inuoluentes quæ digna
 pœnitundine non diluunt : atque ita fit, vt
 multis se iusto creditori Deo debitis obli-
 gent, quæ tandem atrocissimis cogentur
 cruciatibus dependere. Hac de re sapiens,
 Qui mollis inquit & dissolutus est in opere
 suo, fratre est opera sua dissipātis: hoc est ni-
 hil illo melior est. Id aut habēt istius generis
 homines, quod corporis sui plus æquo sint
 amantiores, nimirum abhorrentes ab ijs
 quæ carni sunt molesta, bono alioqui ani-
 mo, nulliq; incommodantes, nisi quod si-
 biipsis nihil possunt aut nolunt verius in-
 ferre aut molestiæ, aut violentiæ. Chri-
 stum quidem sequi parati sunt, at crucem
 suam gestare refugiunt. Quicquid de virtu-
 tibus edisseritur, mire illis placet, & facile
 factu iudicant, modo tale non sit, quod cor-
 poris com-

Pro. 18. b.

IMPEDIMENTIS ET ADIVMENTIS 19
poris commoditatibus repugnet. Callidum
sanè impedimentum. Hoc enim mali, ita
nonnullis sese insinuat tacitè, vt ne sentia-
tur quidem, prima certè fronte. Scilicet,
sunt nonnulli qui magno quidem spiritus
feruore correctioris vitæ arripiunt normā,
sed post aliquantulum, nunc hoc, nunc vero
illud negligētes, ita paulatim flaccescūt de-
ficiuntq; vt tādē cōperiant & diuino amo-
re & omnibus virtutibus sese destitutos.

Quemadmodum enim vermes ita paulatim demoliuntur rem quamlibet, vt non fa-
cile deprehendatur, nisi vbi iam prorsus de-
molita est, ita hi paulatim ad eum reddūtur te-
pidi, ac torpidi vt nullo tandē tangantur in
rebus diuinis bono affectu aut voluptate. *Simile*
Itaq; quoniā hic magno laborāt tēdio, aliās
venantur quibus oblectent animum: nimi-
rum aut nouis vanitatum quarumlibet ru-
moribus aureis accōmodant, aut rebus futi-
libus frabricandis acquirendisue capiun-
tur: ac demum à Deo prorsus redduntur
alieni, vt speciem etiam externam reli-
gionis exuant. Siquidem in colloquio fi-
unt leues parumque prospicientes, in risu
immodici, in laboribus inconstantes, in
multis nouarum rerum auidi, nouorum
Cij librorum,

DE SPIRITUALIS VITAE

librorum, nouarumq; artium studiosi, in nouis rumusculis auscultandis recensendisq; seduli: atq; hæc ipsis misera quædam voluptas est, posteaquam thesaurum amiserere veræ religionis. Istiusmodi etiam rebus tantum sunt implicati, vt nec tempus nec locus suppetat reuocandæ ad meliorem frugem vitæ, recuperandisq; ijs quæ amiserere. Dum autem huiusmodi ineptijs & tēporis simul & animæ iacturam faciunt, leue malum æstimant, leueq; peccatum se commisisse arbitrantur: verum non animaduertunt quantum sibi dispendium per leuiculum illud malum fecerint. Sunt quidem nonnulla quæ natura sui non perinde magna mala sunt, sed tamen ingentium bonorum sunt impedimenta. Veluti si institor quispiam nundinarum tempore obambulet lusitæ, aut agricola sementis tempore, malum quidem non est quod agitant, at bonum est cuius dispendium faciunt. Et tamen fient nonnulli huius generis, nimirum supini prorsus & ignaui in via virtutum qui tamen nihilo sibi minus placeant, vtpote freti aridis quibusdam exercitamentis, quibus diuturno iam vsu, nonnunquam etiam metu hominum sese occupant. Certa seruetur illis audiendi aut reddēdi sacri consuetudo statæ

Simile.

IMPEDIMENTIS. ET ADIVMENTIS. 12
tudo, statæ in singulos dies absoluuntur pre-
ces: atq; his sese arbitratur & bène tutos &
conditori suo fecisse satis: sed interim in a-
nimi secessus nõ descendunt, excussuri quã
ardeant Dei & proximi amore, quã sint
placidi, quã humiles, quã benigni, quã
patientes vbi res id postulat. De his lo-
quitur in Apocalypsi dominus. Scio ope- *Apo. 3. c.*
ra tua, quod neq; frigidus es neq; calidus.
Vtinam frigidus esses aut calidus: sed quia
tepidus es, & nec frigidus nec calidus, inci-
piam te euomere ex ore meo. Hoc est, nec
metus vehemens in te est, nec flagrans a-
mor, sed tepore quodam torpescis: eoque
non conuenit tibi cum gratia diuina. Et
verè parum conuenit huiusmodi homini-
bus cum progressu virtutum, propterea
quod nec imperare sibi possint ad apprehē-
dendam correctionis vitæ semitam, nec di-
gna possint contritione sua commissa com-
plorare.

Quo pacto quisque tempus & locum venari debet euol-
uendis rebus diuinis. *Cap. 10.*

POSTEAquam de impedimentis disserui-
mus spiritualis profectus, nunc etiã de
ijs nonnihil loquamur quæ media &
adminicula esse debeant hoc itinere ingres- *Primum ad*
suris. *Primum igitur adminiculum primo* *miniculum.*

Ciã impedimento

DE SPIRITVALIS VITAE

impedimento cōtrarium, est ingenij exerci-
tatio in rebus spiritualibus. Quisquis enim
ad virtutem properare desiderat, huc ani-
mum intendat oportet, vt singulis diebus
certum aliquod temporis spacium dediceret
eis rebus sedulo euoluendis quæ ad fidẽ spe-
ctant, potissimum autem expendendis Dei
beneficijs, quæ vel iam contulit, vel confe-
renda sponndit & præparauit. Peculiariter
autem hominis extrema frequenter me-
minisse eum oportet: nempe mortis incerti
temporis certitudinem, iudicij seueritatem
duo extrema, tantũ electorum alterum, al-
terum tantum reproborum, gehennam sci-
licet & regnũ cœleste; finem quoq; ob quẽ
nos Deus in hoc mundo tot modis exorna-
to collocavit: ad hæc quam nobilibus ac stu-
pendis animi viribus præ cæteris omnibus
animantibus nos condecorarit, quibus ip-
sum intelligeremus, amaremus, coleremus:
deniq; quam benignus, clemens, amicus &
beneficus sit ijs qui cum ipso vniti sunt:
haud dubiẽ nullus vnquam tam amicus a-
mico. Hæc si frequenti cogitatione me-
ditaremur, indubiẽ mirum in modum ad
virtutem amplexandam nos accenderent.
Est autem hoc primum ac præcipuum salu-
tis nostræ adminiculum. Hoc ipsum Ieroso-
lymitanis

IMPEDIMENTIS. ET ADIVMENTIS. ^u
lymitanis ciuibus Dominus desiderabat,
quū videns illorū ciuitatē cum lachrymis
lamentaretur ita inquiring, quia si cognouif-
ses & tu. Quid nobis prodest quod symboli ^{Lu. 10. 8.}
apostolici verba resonare valeamus, quod
que intelligendi habeamus oculos, si hos nō
referamus contemplandis ijs quæ nos rape
re possint ad virtutem. Vtiq; de nobis dice
tur quod scriptū est, Oculos habent & non
videbunt: aures habēt & non audient. Qua
propter mysticus nos Psaltes erudiēs, Veni ^{Psa. 63.}
te inquit audite, & narrabo omnes qui time
tis Deū, quāta fecit animæ meæ. Huic aut
rei in prestādē primis monachatus inuētus,
dicatus, & institutus est, in quo liceat vacuo
omnibus huius mundi curis animo plenē ac
sincerē diuinis rebus euoluendis vacare.

De secundo adminiculo, nempe fiducia in Deum.

C A P V T. II.

Secundum adminiculum est constans de ^{a. admi.}
diuino adiutorio fiducia: qua hominis
animus non secus atque in mari nauigi
um anchora firmatur, ita vt nulla in eum
præualere possit aut imbrium aut vento
rum tempestas. Vnde Iob, Etiam si occi
derit me inquit, in ipso sperabo. Est autem ^{Iob. 13. cā}
hæc spes atque fiducia cum primis necessa
ria, propterea quod hæc præsens vita nō sit
Ciii aliud

Psa. 26.

Grego.

Mar. 9. d.
Mat. 17. c.

aliud, quam certamen quoddam: in qua quo quisque fuerit virtutis studiosior, hoc grauiore hostium experiatur assultus. Itaque summe necessarium est, ut se totum diuino concedat homo adiutorio, nihil interim remissens quid possit ipse quidue non possit, sed solius memor diuinæ omnipotentiae quæ nihil non potest, dicens cum Dauide, Si consistat aduersum me castra non timebit cormum. Si exurgat aduersum me praelium, in hoc ego sperabo. Quod si vero quis in primo ipso alicuius boni limine grauiter sollicitetur, ex hoc maxime in spe atque fiducia erigi debet: hoc enim ipso quod inimicus quæ astutus est opus conatur præpedire, felix commendatur id ipsum fore magni meriti. Ediuerso autem, non sollicitari ab inimico mali omnis res est, nam teste Gregorio, non insectatur eos atrocius diabolus, quos vel in sua habet potestate, vel facile se credit habiturum. Optimam quoque in spem quisque vocabitur si meminerit sui tentationem, Domini esse certamen, cui leue ac perfacile est quod homini impossibile est. Ad hanc autem fiduciam spem & fidem cohortabatur Dominus eos qui quippiam ab ipso erant petitori. Si enim aiebat potes credere, omnia possible sunt credenti. Rursus alias discipulis:

Amen

Amen inquit dico vobis : si habueritis fidē
 sicut granum sinapis, nihil impossibile erit
 vobis Ex quibus verbis palam liquet pusil-
 lanimitatem ex fidei nasci carentia. Corro-
 borabitur quoq; non mediocriter fiducia,
 ac spes nostra, si ad memoriam reuocemus,
 quā ardua atq; humanas vires exuperan-
 tia multi sancti diuina sint virtute operati,
 aut etiam perpeffi. Quis enim Dauidem in
 ermem peruincere fecit immanem illū gi-
 gantem Goliath? Quis Sampsoni & ani- 1. Re. 17. f.
 mum & vires addidit, quibus leonem dila-
 cerans quasi hœdum in frustra decerperet? Iud. 14. b.
 Quis eidē vires suppeditauit millenos vi- Iud. 15. c.
 ros occidendi mandibula asini? Quis san-
 ctis martyribus vtriusq; sexus, senibus &
 adolescentibus tantum animi ac virium im-
 pertijt, vt constanter perferrent quæcunq;
 illis inferri poterant tormenta? Haud du-
 bium, quin Deus ipse, in quem omnis eorū
 erat fiducia. Hęc igitur nobis exempla cor-
 di sint: maximē autem diuinam nobis scrip-
 turam proponamus, quæ multis nobis lo-
 cis ingerit, quā Deus sit avidus nostræ sa-
 lutis, quāq; desideret ad eum nos perue-
 nire finem, ad quem sumus iam olim desti-
 nati, nempe vt hic & in futuro vna cum ip-
 so simus amoris vinculo conglutinati. Ec-
 ce sto

Apo. 3. d. **ce,sto, inquit Dominus ante ostiū & pulso,**
 si quis audierit vocem meam, intrabo ad il-
 lum & canabo cum illo & ipse mecū. Rur-
 sum alias ad animam, Surge inquit, prope-
 ra amica mea, speciosa mea, & veni, colum-
 ba mea in foraminibus petre, in cauerna ma-
 ceria. Item per prophetam. Conuertimini
 filij reuertētes, dicit dominus, quia ego vir
 vester. Vide igitur quo pacto omnes à Domi-
 no aduocemur, nunc quidem per scripturā,
 nunc vero per diuini verbi præcones, & nō
 nunquam etiam per diuinam inspirationē.
 Et quid tandem in supremo illo die excusa-
 binus, si tam dulcem vocantis Domini vo-
 cem fuerimus auersati, si tam amicum Do-
 minū non siuerimus ad nos introire? Haud
 dubiè nihil erit quod poterimus pretextere.
 Proinde conqueritur per prophetam Do-
 minus ita dicens. Quomodo si contempnat
 mulier amatorem suum, sic contempsit me
 domus Israel: Innumeris item alijs in locis
 ardentissimis vtitur sermonibus, nonnun-
 quam etiam ingesta nobis inamēsi sui erga
 nos omneis amoris memoria, quo videlicet
 incerta erga se constabiliat fiducia. In chari-
 tate inquit perpetua dilexi te: ideo attraxi
 te miserans. Item in psalmo. Intelle-
 ctum tibi dabo, & instruam te in via hac
 qua

Gen. 2. d.

Iere. 3. c.

Iere. 3. f.

Ier. 31. a.

Psal. 31.

IMPEDIMENTIS ET ADIVMENTIS 26
qua gradieris, simabo super te oculos meos
Et quis desperet horū & id genus aliorū me-
mor verborū quibus nos Deus ipse sic dig-
natur cōsolari? Nemo igitur quāuis impo-
tēs, peccator, aut improbus diffidat: vel pec-
cata præstare possunt adiuventia virtutū, q̄
efficacē peccatori præbeāt deſciēdi sese oc-
casionē. Quod si vero tædiū te capit corri-
genda in melius vitæ, q̄ labor sit molestus,
q̄ agrè inueteratā in malis consuetudinem
deseras, tuāq; vitia peruincas, quod parum
quantū cernere potes promoueas, q̄ Spiri-
tus diuinus nihil in te seu tecum peragat: ne
abiſce tamen animū protinus ob hæc, quin
potius hęc esse intellige diuinæ sapiētiae cō-
suetudinē, vt subinde suā gratiā subtrahat,
hoc pacto et nostrā potentiā exercitās, et pe-
riclitans amorē. Siquidē, mulier illa Chan-
næa nō protinus q̄ flagitabat assequuta est, Mat. 15. b.
sed prius lōgo clamore Dominū sollicitauit
insequuta est, pbra tulit, nēpe canibus cōpa-
rata: verū q̄ diutius expectarat & cōstātius,
hoc āplius tādē ē cōsequuta. Quin et equissi-
mū sanē est vt diuti⁹ ea nobis gratia proget
ābita, q̄ gratuito oblatā toties sum⁹ auersā
ti, internis illis diuini Spiritus adflatib. vi-
lipēsis. Siquidē quū lōgius nobis Deus putat
abesse tū vel maximē nōnūq̄ in forib. adest
Nam

Can. 2. 6.

Nam tamen non per sentiamus eius praesentiam evidenti aliquo interni solatiū aut pietatis indicio, astat tamen (vti sponsa ait in Canticis) post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cācellos. Hoc est, adest quidem nobis, nosq; contemplatur: at ipse se a nobis non nisi tenuiter sinit aspectari, quò videlicet & nostrum desiderium augeat, & amorem per patientiam periclitet. Neq; vero caret ratione, quò Dominus nonnullos non nisi post longam prostrationem, post varios labores, post lapsus & resipiscentiam, serius tandem ad vitæ perfectionem admittat: nam sunt pleriq; vsque adeo propensi ad arrogantiam, vanam gloriam, philautiam, vt per huiusmodi dilationem ducendi sint ad agnitionem suæ imbecillitatis. Differtur quoque quibusdam diuina interdum gratia, ne quæ peccatorem dijudicent aut auersentur, sed condolentes miserentur omnes: deinde vt Deo maiores referant gratias, & tanto maiori cura donatam gratiam tueantur, quanto maiori labore eam sunt assequuti: item vt per multiplicem probationem tales reddantur, qui & alios possint (qui tentationibus aut peccatis implicati sunt) cōsolari atque erudire, militib. non dissimiles effecti, qui

simile.

IMPEDIMENTIS ET ADIVMENTIS. 22
qui compluribus interfuere prælijs, in quibus
varijs vltro citroq; cōflictus habiti sunt.
Præterea etiam si quis non valeat ad abso-
lutam vitæ probitatem peruenire, sed firmi-
or permaneat ad finem vsq; vitæ, ob id ta-
men non debet non eò pro viribus commi-
ti: nam Deus vel affectum bonū intuetur,
& conatum non relinquit irremuneratum,
qui etiam nonnunquam magis agnoscit re-
muneratq; propensam voluntatem atq; ip-
sum opus: insuper tanto illum maiori lau-
de olim dignum censebit, quāto maiori stu-
dio perfectionis dotem ambiuit, etiā si nun-
quam sit assequutus: nam non iuxta fructus
qui ex labore est rationem remunerat deus,
sed teste apostolo iuxta sui rationem labo-
ris vnusquisq; mercedem accipiet. Laborāt Cor. 3. b.
enim nonnulli magnis quidem sudoribus,
at (quoniam ita deo visum est) exiguo inter-
dum fructu:

Quopacto is qui promouet vni inniti debeat Deo, se
vti imbecillo at impotente contempto. Cap. 12

Quemadmodum graue est spiritualis
profectus impedimentum proprijs
fidere viribus, aut rei cuiusdam extra
Deum, ita efficax est adiuumentum hominē
totum præsidijs fidere diuinis. Quisquis er-
go foeliciter pergere cupit itinere virtutū,
ita

ita sibi displiccat suiq; obliuiscatur, vt nusquam sibi fidat, nec ob fortitudinē, nec ob eruditionem, nec ob laudatā consuetudinē, nec ob naturē dotes, deniq; nec ob aliquod creatæ rei subsidiū: quin potius ita se virtutibus æstimet inhabilem, vt neminem magis, nisi diuinę gratiæ adsit adiutorium. Nā quisquis pollet eruditione, ingenio, viribus, forma, memoria, destitutus interim gratia diuina, in longè atrociora vitia ruit, facilius que à via virtutum aberrat, quam is qui eius modi dotibus peditus nō est. Naturæ enim dona, vt testatur Bernardus, instrumēta sunt non tam ad bona quam ad mala perpetranda. Et quemadmodum ager bonus ac pinguis nisi exaretur & excolatur feracior est loliorum quam terra arida, ita insignium rerum peritia citra humilitatē, progerminat animi tumorem, hereseis & id genus alia. Quapropter nemo non cum Dauide humiliter confiteri debet, Non in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me. Sed dextera tua & brachium tuum & illuminatio vultus tui, nam vt alibi inquit, Fallax equus ad salutem, in abundantia autem virtutis suę non saluabitur. Nemo igitur nisi diuinis fidat præsijs, ad quæ dum nos totos con-

Bernar.

Psa. 4.
Ibidē supra

Psal. 32.

tos con-

IMPEDIMENTIS ET ADIVMENTIS. 23
tos conuertimus mox à diuina bonitate ex-
cipimur, iuuamur, consolamur, pascimur,
erudimur, ad viuos fontes deducimur, &
torrente diuinæ voluptatis potamur, id-
que iusta quod cuique Dominus noster cer-
nit expedire. Aduersus omnes hosteis ip-
se nobis & propugnaculum & scutum est,
iuxta illud, Qui habitat in adiutorio altis- ^{Ps. 91.}
simum, in protectione Dei cœli commorabi-
tur. Proinde quo quisque minus sibi aut
cuiquam fidit creaturæ, quòque magis à di-
uino pendet adiutorio, omni sollicitudi-
ne in eum proiecta, qui prudentissimè
moderatur omnia, eo firmiter consistit, &
foelicius pergit, veluti arbor quædam alti-
us in terram fixis radicibus, quam neque
imber pusillanimitatis, neque ventus su- ^{Simile.}
perbiæ possit deicere. Tam diu autem
quisque sperare & potest & debet, quam
diu non accepit sententiam deinceps non
sperandi. Quò autem quis progressum facit in
virtutibus, id diuinæ gratiæ diuinoque ad-
iutorio cui fidebat acceptum ferat oportet.
Ad hanc spem nos apostolus cohortatur, vbi ^{Rom. 15. 13.}
sic orat. Deus autem spei repleat vos omni
gaudio & pace in credendo vt abundetis
in spe, virtute Spiritus Sancti.

Idem

Idem quoque & alijs compluribus locis admonet, fidendum diuinæ bonitati atque fidelitati, id quod quisque sapius cordi habere merito deberet, animo voluens non suas vires aut imbecillitatem, sed diuinam potentiam atque bonitatem, quodque Deus solus nihil non possit, sine quo nulla nec potentia, nec sapientia potest prodesse. Neque vero satis est istuc scire & credere modo, quinimo & reminisci sæpenumero ex animo oportet, donec hoc ipso instigatus didicerit, seipsum prorsus deijcere, omneis vires suas atque ingenium nihili ducere, seipsum humiliter ad Deum conuertere, eidemque suam necessitatem, imbecillitatem, & cœcitatem pãdere, præsertim dum se sentit a primo suo decreto refriguissse, aut in re quapiam comperit se sibi planè defuisse.

Spiritualis exercitatio, ad pandendã Deo propriã indigentiam, & quo pacto quisque confidens etiam pro viribus adniti debeat. Cap. 13.

Multifariam autem circa hanc rem in cotidianis cordis tui coram Deo effusionibus teipsum poteris exercitare. Scilicet, nunc veluti cœcus illuminari diuino intus spiritu exoptans, cum cœco illo inclamabis. Iesu fili David miserere mei: fac Domine vt videam: & cū psalmographo.
Illumina

Lu. 13. g.

Illumina oculos meos, ne vnquam obdormi
am in morte, nequando dicat inimicus me
us, præualui aduersus eum: itē cum eodem.

Reuela oculos meos, & considerabo mira-
bilia de lege tua: nunc veluti grauibus op-
pressus debitis tam commissorum criminū,

quam omissarum virtutum, (quibus quasi
gravi quodam onere homo comprimitur,
& quasi funibus quibusdam constringitur
ne possit in via virtutum ambulare) huius-
modi Deum precibus compellabis, Dissolue
Domine colligationes impietatis, solue
fasciculos deprimentes: remitte infelici tuo
debitori, qui prorsus soluendo non est: &

vt psaltes inquit mysticus, Iniquitates meæ
supergressæ sunt caput meum, & sicut onus
graue grauatae sunt super me: nunc vero ve-
luti inops & mendicus, cibario etiam pane
carens, quem neq; emere, neq; lucrari potis
est, præsertim dum nullum in te cõperis pie-
tatis aut diuini amoris affectum, ita cū Da-
uide orabis. Inclina Domine aurem tuam,

& exaudi me quoniam inops & pauper
sum ego: & pauper sum ego & in laboribus
à iuuentute mea: Ipse me mendicum agnos-
co o Domine apud te, tu mei habeto curā,
tu succurre, tu me in meis subleuā necessita-
tibus. Præterea etiā ad tuā ipsius imbecilli-
tatem

D

tatem tuos nonnunquā oculos conuertes, re-
 miniscens, quā tibi parū imperes, quā parū
 prauos illos animi tui affectus cohibeas atq;
 perimas, aut certē quā grauatim, egregium
 aliquod opus perficias, ac deinde ægrotan-
 tis in morem supremi illius medici implora-
 bis opem, ita cū Dauide inquitens, Miserere
 mei domine, quoniā infirmus sum, sana me
 domine, quoniā cōturbata sunt ossa mea. Im-
 perfectū meum viderunt oculi tui: à planta
 enim pedis, vsq; ad verticē non est sanitas in
 me. Defecit in dolore vita mea, & anni mei
 in gemitibus. Infirmata est in paupertate vir-
 tus mea. Ne me obsecro derelinquas Domi-
 ne, sed glorifica manū tuā, & brachium dex-
 trū in me. Suscipiat me dextera tua, vt gratu-
 labundus decantem fortitudinē tuā, & ex-
 ultē mane misericordiā tuam. Hoc ergo pa-
 cto suā homo in Deū collocet fiduciā, opē
 atq; consiliū, eum omnibus semper in rebus
 queritans. Nec tamē interim humanū asper-
 netur consiliū, aut adiutoriū, quod vel alij
 vel ipse sibi potest præstare: sed cōtinuē ex-
 ercitet sese in omni virtutū genere, iuxta suę
 quisq; conditionis statū sue exigentiam: alio
 qui vana prorsus & inanis erit fiducia. Imo
 Deum ipsum tentat, & gratiæ diuinę obicē
 opponit, q̄ citra laborē suū Deo fidit. Hæc
 enim

Psal. 63

Psal. 138

Iesa. 1. 2.

Psal. 130.

Eccle. 3. 2.

Psal. 58.

IMPEDIMENTIS ET ADIVMENTIS 25
enim duo fiducia & opus bonū, aut certè cō-
tinua benè operandi sedulitas, mutuo sibi
copulari debēt, sicuti arcanae passim nobis
literæ manifestāt. Spera enim inquit David ^{Psa. 34.}
in domino, & fac bonitatem, & pascere in ^{Psa. 40.}
diuitiis eius. Rursus idem alias. Sacrificate
sacrificiū iustitiæ, & sperate in domino. Nā
si ea facere negligimus, quæ Deus nobis fa-
cienda mandauit, æquissima omnino ratio-
ne qui pollicitus est, nobis poterit denegare
& q̄ Deo infidelis est, non est vnde sibi quic-
quam ab eo possit polliceri.

De humilitate, & paupertate spiritus. Ca. 14.

EST etiā aliud peculiare quoddā spiri-
tualis profectus adminiculum cui libet <sup>3. adminicu-
lum.</sup>
progredi cupienti necessariū nedū vti-
le, quæ est spiritualis quidā paupertas, & ex
hac pficiscens diuina quædā, vt ita dicā, aua-
ritia, nēpe spiritualis illa fames & sitis, quā
Dominus ipse nobis cōmendat dicens. Bea-
ti qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ^{Mat. 5. 6.}
ipsi saturabūtur: hoc est beati illi, qui ingēti
semper tenentur desiderio, vt seipsis indies
euadant meliores iustioresque, nec vnquā si-
bi persuadēt abūdē se esse iustos aut probos
sed illud sedulè cogitāt, q̄ Christus suis dice-
bat apostolis. Quū feceritis oīa q̄ præcepta ^{Luc. 17. 6.}
sūt vobis, dicite, serui inutiles sum⁹: q̄ debui

mod

Dñ mus fa-

DE SPIRITVALIS VITAE
mus facere fecimus. Quibus sanè verbis
apertè intelligimus, quam nunquam magni-
ficè de nobis sentire debeamus, etiamsi sin-
gulis satisfecerimus diuinis mandatis, aut
nullis etiam fuerimus obnoxij peccatis: nam
hoc ipsum vel ob solam nostri creationem
Deo debemus. Ipse enim nulla nobis in re
obligatus est, contra autè nos illi quicquid
ad ipsius gloriam valent us præstare obligamur.
Procul igitur absit, vt ipsi nobis ob no-
stras virtutes aut benefacta placeamus, qua-
si per ea Deo ad promerendum ipsius re-
gnum satisfaciamus, nam cœleste illud pre-
mium omne prorsus meritum transcen-
dit, tametsi illud gratuita sua liberalitate,
hac nobis lege donauerit promerendum, si
ipsi pro nostra virili parte obsequamur. Nā
quod cœleste regnum promereri possit per
temporalia benefacta quæ admodum mo-
dica sunt gratuitum planè & purū Dei do-
num est. Nemo ergo suæ vitæ fidat aut blā-
diatur, quantumuis etiam sit aut videatur
sanctimonia conspicuus, quin potius illud
apostoli secum reputet & fateatur, Nihil
michi conscius sum, sed non in hoc iustifica-
tus sum: Qui autè iudicat me dominus est:
& illud Iesaiæ, Quali pannus mēstruatē vni-
uersæ iustitiæ nostræ. Præterea quicquid
boni

1. Cor. 4. a.

Ies. 64. b.

IMPEDIMENTIS ET ADIVMENTIS 26
boni operamur, quoniam virtute id opera-
mur diuina, merito non nobis illud, sed illi
acceptū ferre debemus, dicentes cum pro-
pheta. Non nobis domine, non nobis, sed
nomini tuo da gloriam. Hoc ergo pacto ip-
si nos semper humiliemus, & salutarī timo-
re cohibeamus: quisquis enim humilis est, ve-
rē Christi discipulus est. Discite inquit à me
quia mitis sum, & humilis corde. Fœlix pro-
inde quisquis hanc virtutem nactus est, nā
is maxime ad maiore virtutum profectū ac-
comodus est, nimirum spirituali illa fame
cū eis imbutus de quibus in suo cantico bea-
tissima redemptoris nostri genitrix decāta.
Esurientes impleuit bonis & diuites dimittit
inaneis. Atque eatenus sanē se quisq; aut p-
fecisse aut comperiet defecisse, quatenus se
cernit humilem in cunctis operibus quæ
ipse, aut potius Dei gratia per ipsum opera-
tur: & quatenus se animo infractū animad-
uertit in cunctis, quæ vel à Deo ipso vel ab
hominibus immittuntur, aduersis. Etenim
quò quisq; Deo qui lux est sempiterna ma-
gis propinquat, eò clarius suam vilitatem,
atq; imperfectionem perspicit & agnoscit.
Qui animi humilitate p̄ditus est, alto in
loco iacit fundamentum: & qui animo incō-
cusso est, solidā collocat spiritualis ædificij

Dij basim

Simile.

Iere. 3. a.

2. Reg. 6. d.

Iac. 4. b.

Psal. 12.

1. Re. 15. d.

basim. Quisquis ergo seipso cupit esse me-
 lior, sibi displiciat de eo q̄ est. Et q̄ vberiori
 à Deo gratia cupit cumulari: pauperum
 mendicorū imitetur exēplū, q̄ deteriore ac-
 cepta tunica, mēbris etiānū si quē habent de
 formata pditis, suā semper ostētant miserā
 atq; inopiā: occultant aut si quid forte men-
 dicatu adepti sunt preciosarū vestiū ciborū
 aut pecuniarū. Ad hunc modū & nos oculis
 diuinis pādamus nostrā calamitatē atq; pau-
 periē, vili aestimantes si quid forte nobis bo-
 ni suppetit: & vt inopes semper & indigi
 ita cū propheta dicentes. Ego vir vidēs pau-
 pertatē meā: & cū Dauide, Ludā & vilior
 fiā plus quā factus sum, & ero humilis in ocu-
 lis meis. O vtinā hunc possemus humilita-
 tis agrū perfodere, haud dubiū, quin insig-
 nē retrusarū gratiarū inueniremus thesaurū.
 Nā vt passim arcanæ testantur literæ. Deus
 superbis resistit, humilibus aut dat gratiam.
 Qui enim in altis habitat (vt dicit prophe-
 ta) humilia respicit in cælo & in terra. Rex
 quoq; Saul ita legit à domino increparus.
 Nonne quum paruulus esses in oculis tuis,
 caput in tribus Israel factus es? Tanquam si
 inquit. Quū te ipse vilem & abiectum iu-
 dicares, tum ego te sublimauī: nunc porro
 quū te sublimē aestimas, vilis corā me esse-
 ctus es.

Etus es. Animaduerte igitur quā sit Deo grā
ta hęc animi humilitas. Et tamen tanta sit
huius dignitas, rarissimos tamen offendas
qui ad eius abyssum possint aut velint pene
trare, quū tamen quisq; tantas habeat sese
deſcendi occasiones. Nam si calamitosum
hoc nostrū corpusculū contēplemur, innu-
mera penē nobis exhibebit humilitatis inci-
tamenta. Quapropter benedictus ille pa-
triarcha Abraham magnam cum humilita-
te ita Dominum appellabat: Loquar ad
Dominū meū, quū sim puluis & cinis. Quin
& ipsa anima nostra infelicis huius & cor-
rupti corporis mole circumdata, tot est cor-
ruptelis & pravis affectibus vitiata, & ob-
noxia, vt vix boni quippiam operemur ci-
tra magnum negocium, & id plerunq; ad-
modum imperfectè, ob quasdam transuer-
sim incidentes corruptelas.

Gen. 18. d.

Ro. 11. c.
Gen. 1. d.

Quo pacto quisque in continuo timore perseverare
debeat.

G A P V T 15.

AD dictam autē virtutem parandam, 4. admi.
pro foelici bonæ vitæ progressu, con-
tinuus ille timor filialis non medio-
cre præstabit adiumentum. Cum me-
tu inquit apostolus, & tremore vestram
D iij salutem

Phil. 2. b.

DE SPIRITVALIS VITAR

salutem operamini. Nam quantūuis sit quis
 sanctimonia p̄ditus, ob id tamē neutiquā
 debet efferri, sed potius per timorem humi
 liari, illud secum reputans quod dominus
 nonnullos ruere permiserit etiam se multo
 sanctiores. Quinimo & summam illū cœ
 lestium angelorū Luciferum, cū infelici gre
 ge suo, in barathri abyssum dedit p̄cipitē,
 quomodo nimiū sibi placebat, & ob naturę
 quā acceperat nobilitatē efferebatur. Simi
 liter & infelix ille Iudas de numero corrui
 xij. apostolorum. Atq; hinc est quod nos ad
 hortetur apostolus, ita dicens: Noli altū sa
 pere, sed time. Et si p̄occupatus fuerit ho
 mo in aliquo delicto, vos qui spirituales
 estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis,
 considerās te ipsum ne & tu tenteris. Vnde
 & theologus quidā nomine Climacus. Ne
 inquit tibi persuadeas, ad statū te peruenisse
 consummatę sanctitudinis, priusquā supre
 mā illam summi iudicis acceperis sententiā:
 nec tibi abūde probus videare, donec te ab
 hædis videris separatum, & inter Dei oues
 collocatū in supremo iudicio. Quid enim
 procliuius faciliusq; quam in aliquod ruere
 peccatū? Et cuiusnā rei incertior est homo
 quā future gratiæ & glorię Dei? Nā tametsi
 quis p̄p̄modū exploratū habere possit q̄s
 modo

Ro. II. c.
Gal. 6. a

Climacus.

IMPEDIMENTIS ET ADIVMENTIS 28
modo sit : at quis tandem futurus sit nullus
omnino, nisi forte diuina oracula potest pre
nosse. Quapropter sapiens nouo in loco
hunc timorem multis nobis encomijs com-
mendat. Quam magnus inquit qui inuenit Eccl. 25. b.
sapientiam & scientiam: sed non est super ti-
mentem dominum. Nam qui sine timore
est non poterit iustificari. Rursus alias. Da Eccl. 1. c.
locum timori altissimi, quia omnis sapien-
tia timor Dei. Item, Si non in timore domi Eccl. 19. c.
ni tenueris te instanter, cito subuertetur do ibid. 27. b.
mus tua. Hic autem timor nō aliud est quā
humilis quædam sedulitas, seu sedula humi-
litas, quæ hominem nunquam finit interqui-
escere, aut virtute aliqua seu vita contentū
esse, sed iugiter extimulat vt indies & seip-
so melior & Deo reddatur acceptior. Quē
admodum enim præmium cui comparan-
do desudamus nullo fine terminatur: & quē
admodum diuina ipsa veritas & maiestas
quā incessabili veneratione adoramus, nul-
lo potest tempore deficere: ita qui Deū me-
tuunt, nunquam cessant deo reddi obsequē-
tiores, & in diuino amore cōsummatiores.
Vnde sapiens, Non impediaris inquit ora-
re semper, & ne veteris vsq; ad mortem iu- Eccl. 2. c.
stificari, quoniam merces Dei manet in æter-
num. Vtinam istiusmodi sedulo meditare-
mur: pu-

mur: puta quantus & quam infinite bonus sit is cui inseruimus: quam ingens premium sit ob quod famulamur, quam simus impares & indigni tanti Domini seruitio: quam facile possimus ab ipsius diuelli obsequio, quam seuera sit Dei iustitia, maximè quum vix iustum saluari testetur beatus Petrus apostolus, deniq; quam inscrutabilia sint abyssus ipsius iudicia, dicente Dauide. Terribilis in consilijs super filios hominum, haud dubium, quin humilia semper de nobis sentiremus, nec vnquam nobis videremur condignum Deo prestare obsequium. Nam vt donemus nonnullos exiguis meritis coelestia regna adeptos, vt sunt qui tota vita improbè transacta, ingruente iam morte resipiscētes pœnitentiam egere, & si qui sunt alij, rara tamen hæc gratia est. Quæ enim coacta est, raro est sincera pœnitētia, & quæ se ra, raro vera, p̄pterea quod raro à sincero p̄ficiscatur amore. Nemo igitur sibi imponat. Magis intuetur Deus corda quam opera: & ab alijs plus, ab alijs exiget minus, iuxta donorum, quæ alijs vberius, alijs parcius elargitus est rationem. Vbi enim abundantio rem fecerit sementem, ibi & abundantio rem requirit messem, & cui plus donauerit, plus etiã ab illo postulabit. Præterea quo quis

Psal. 65.

IMPEDIMENTIS ET ADIVMENTIS 29
quīs vitæ sanctimonia præstantior est, eo si
bi magis debet metuere, sciens quod anti-
quus hostis sanctimonia maiores, maiorib.
etiã aggrediatur viribus, & maiori in illos
abutatur calliditate. Et Dominus ipse iuxta
rationem armorum certamina dare consue-
vit tentationum. Ad hæc, via vitæ angusta
quædã semita est, in qua proclivis & facilis
sit vacillatio, vt magna sit opus circumspe-
ctione. Deniq; tempus vitæ breue est, mor-
tis incertum. Quare summa sibi quisque cu-
ra prospiciat, & præsentiam die tanquam
suprema (vt esse potest) vtatur. Vnde Ber-
nardus. In veritate inquit didici, nihil æquè
efficax esse ad gratiam promerendam, reti-
nendam, recuperandam, quam si omni tem-
pore coram Deo inueniaris non altum sape-
re, sed timere. Itaq; si gratia Dei destitutus
es, equũ est vt paueas, quoniam non minori
pates discrimini, quam is qui nudus inter ar-
matus in se hostes constitutus est. Quod si
igif absentem gratia sollicitus es vt ea potia-
ris, etiam potius cum timore aduigila vt ea-
dẽ rectè vtaris, time ne male pereat, aut ne
nõ digne opereris ex ea. Tertio si te gratia
rursus priuatũ dephēdis, eoq; solito tepidio-
rẽ, & ad virtutem segniorem, atq; adeo ad
vitia proniorem, metue etiam tunc, & puta
aliquid

Ber. in Cass.
161. 546

Ber. ibidem

Ber. ibid.

Ioh. 5.

aliquid subesse noxæ, quæ oculis diuinæ displiceat maiestatis, causamq; diligētius perscrutare, ob quam tibi Deus infensus sit: ac deinde deprehensæ noxæ sedulo aduersās, eandem portam repete per quam es egressus, iam si gratia propitiata redierit, multo amplius tunc timendum, ne forte cōtingat reciduum pati, iuxta illud in euangelio, Ecce sanus factus es, vade & amplius noli peccare, ne aliquid deterius tibi contingat.

Quod opera nostra ardenti debeant fieri amore.

CAPVT XVI.

Bona in spe
cu dif. c. 2.

SUmmè etiam necessarium ad profectū virtutum, ne quid oscitanter aut tepidè facias: sed siue a malo temet retrahas, siue boni quippiam aggrediaris, ardenti id facias animo: nam ita reddetur opus tuū gratius Deo, & multæ bonarum affectionum scintillæ in ingentem tandem excrescent ignem, qui cæteros õnes affectus prauos deuoret & consumat, iuxta illud sapientis cuiusdam: Ollæ feruenti muscæ non incidet. Qui autē tepidus & remissus est, veluti rota est molendini, quæ tamen continuo ver tatur, a loco tamen suo non digreditur: ita & is quoniam vsu magis quam amore benefacit, nullum facit in virtutibus progressū. At qui ardenti affectu fertur in dei obsequium, indies

IMPEDIMENTIS ET ADIVMENTIS 10
um, indies magis ac magis diuino illustratur
intellectu, ita vt indies magis suam intelli-
gat vilitatem, prauorum affectuum turpitu-
dinem, probæ vitæ nobilitatem: deinde eti-
am Dei celsitudinem, sapientiam & bonita-
tem, quarum rerum notitia ad maiore sem-
per accendetur amorem & obsequiū. Quē-
admodum enim frequēti flatu ignescit car-
bo, ita & proficientis animus continuo de-
bet inflammari impulsu. Quicquid acturus
es siue opus sit corporale siue spirituale, siue
externum siue internum, lubens id peragas,
citra cunctationem, murmur, responsatio-
nem, non eum respiciens cuius imperio aut
rogatu id facis, cuiusue in hoc cōmodo ser-
uis, sed Deum ipsum tibi proponens, in cu-
ius obsequium & gloriam fit, quicquid vs-
quam boni fit: effectus etiam charitatis, vt
in ipsa possis succrescere frequenter cum su-
spirijs perurminans: præsertim dū opus ali-
quod paras aggredi, aut etiam in ipso iam
opere: sicuti apololus ipse Paulus erudiēs,
Serui inquit obedite dominis carnalibus cū *Eph. 6. 2.*
timore & tremore, in simplicitate cordis ve-
stri sicut Christo, non ad oculum seruientes
quasi hominibus placētes, sed vt serui Chri-
sti, facientes voluntatem Dei ex animo cū
bona voluntate, seruientes sicut domino &
NON

DE SPIRITVALIS VITAE.

non hominibus. Nam (vt idē alias inquit) hilarem datorem diligit Deus, qui & gratissimam habet non coactā, sed vltronea, & ab amore proficiscentia sacrificia. Fœlix proinde quisquis ita diuino flagrat trahiturq; amore, siquidem præterquam quod cito ditescit virtutibus & gratijs, haud facile potest ab hoste superari. Vbi enim alij vix reptant, ibi volat, vbi alij veluti ad sepem restitant, ibi facile transilit. Auis enim seu bestia quæ velox est, haud facile potest à venatore comprehendi aut iaculo appeti. Hic quoq; quasi alter Elias est, qui curru igneo, & igneis equis per turbinem in cœlum subuectus est. Nam quod illi currus, hoc isti flāmeus ille est erga Deum amor: & quod illi equi, hoc isti sancta sunt suspiria, atq; ingentia desideria, quibus tū ad maiorem semper fertur Dei cognitionem, tum ad perfectius erga eundem obsequiū, quæ etiā vt semper trahunt, ita nunquam sinunt currum amoris interquiescere: iuxta illud Gregorianū. Nunquam est Dei amor ociosus. Operatur etenim magna si est, si vero operari renuit, amor nō est. Atq; hinc palā liquet, an (quod nobis persuademus omnes) verè Deum diligamus. Præterea quisquis hoc vehitur curru, cum Elia etiam pallium abijcit, hoc est, terre-

Cor. 9. b.

Re. 2. b.

Gre. Ho. in
quan. 10

IMPEDIMENTIS ET ADIVMENTIS 31
terrenarum rerum sollicitudinem, & super-
fluitatem, quibus plerique miserè oneran-
tur: est enim veluti festinus & prudens vi-
ator, qui cuncta abiicit quæ ipsum possent
in itinere remorari, vt sunt graues sarcinæ,
laxa indumenta, & id genus alia. Vnde non
reptasse aut iuisse simpliciter sanctos legi-
mus in via salutis, sed cucurrisse potius iux-
ta illud Dauidis. Viam mandatorum tuo-
rum cucurri, quum dilatasti cor meum: Psal. 118.

Vnde & apostolus: Cursum, inquit, con-
summaui. Qui item alibi ita nos hortatur. 2. Thi. 4. b.
1. Cor. 9. d.

Sic currite, vt comprehendatis. Cæterum
Eliæ nostro etiam illud congruit, quod di-
citur per Iesaiam: Anima mea desiderauit Iesa. 26. b.

te, sed & spiritu meo in præcordijs, de ma-
ne vigilabo ad te. Et illud quod Israeli per Leui. 1. d.

figuram præceptum est: omne sacrificium
sacerdotum igni debere consumi. Feruore Deu. 4. d.
1. Io. 4. b.

etenim opus est, vt diuinum rectè peraga-
tur seruitium. Ad hæc, quum Deus noster

ignis consumens, & charitas

esse scribatur,

cultores

ipsius

charitate fla-

grare æquum

est.

De

DE SPIRITVALIS VITAE.

De tuendo corde ab omni indecenti sui ipsius & creaturarum dilectione. Cap. 17.

Apprimè quoq; necessarium est, vt hominis proficere cupientis animus vacuus conseruetur omnibus temporalibus tam spiritualium quam secularium rerum oblectamentis, nec alibi solatia quaerit præterquã in deo & ijs quæ diuina sunt. Quandoquidem vt per Elizæi mandatum ex vasculo viduæ Sareptanæ tã diu manauit oleum donec suppetent in quæ infunderet vasa vacua: ita Deus tamdiu nobis suam infundit gratiam, donec cordiũ nostrorum vascula vacua inuenit præsentis seculi voluptatibus & amore. Dominus enim Iesus teste Bernardo zelotypus spõsus est: q; ppe qui non ferat a sponsa sua adamari alienum: quam etiam non vestitam, sed nudam desiderat omnibus huius mundi curis, cupiditatibus & oblectamentis, ita vt omni exuta proprietate, totam sese quatenus potest, nunc & in sempiternum diuinæ contradat voluntati. Quapropter quisquis sese totum in diuinum cupit asserere seruitium atq; amorem, summopere cauere debet, ne vlla in re creata, quæ diuinum non concernat amorem conquiescat, aut ad illã feratur, aut ex illa capiat voluptatem. Caue igitur tibi quisquis

Bernar.

IMPEDIMENTIS ET ADIVMENTIS 12
quisquis dignum Deo cupis prestare famu-
lum, ne ab hominibus sciri, æstimari & aut
amari cupias: nec magnopere cures quã de
te vulgus æstimationem habeat, gratus ne
sis omnibus, an ingratus: & quid de te vul-
go dictitent: sed illud vnũ cura, ne quid cõ-
mittas, loquaris, cogites, aut audias, quod di-
uino aduersetur honori aut amori. Sed nec
molestitudine aut impatientia afficiaris quo-
ties aut animo aut corpori aliquid contin-
git aduersi. Omnis humanus fauor, & sui-
ipsum aut creaturarum amor, suo quodam
veluti visco animarum nostrarum pennas
conglutinat & constringit, ne transuolare
sursum possint ad Dominum: sed cogitatio-
nibus suis ad ista sidunt inferiora, quibus ple-
riq; toto pectore dediti sunt. Hæc aut dixe-
rim, non quod continuo ab hisce terrenis
perfecte quemq; vacuum esse debere existi-
mem, quod sanè vix nisi lōgo temporis spa-
cio atq; exercitio perfici consuevit, sed vt
sciat quisq; à quibus potissimum sibi prospici-
cere debeat: quibus oblectari, & de quibus
potissimum debeat contristari, expendens
non quales sint eiusmodi res, sed quanto ad
eas feratur desiderio, quantamq; ex eis ca-
piat voluptatem: quandoquidem vel re-
rum vilissimarum nonnulli inpotenti capi-

E untur amo-

untur amore. Certè in exigua pecuniola magna interdum sita est cupiditas, & in modico cibo etiam rudi, aut potu magna ingluuies: dum videlicet animi appetitus totus in eis est, & acquiescit. Præterea minus obsunt homini immodicus ille amor creaturarum, animusq; fractarius & in aduersis impatiens si eisdem pro viribus oblectemur, etiamsi non peruincamus aut abigamus prorsus huiusmodi affectus. Siquidem nostrarum omnino virium nõ est, prauos animi affectus abigere aut in diuersos commutare quoties volumus: sed si nobis displiceant, & pro viribus à nobis impugnentur, magni meriti locum nobis præstare possunt. E diuerso vt res sint exigui admodum momenti, si animum nostrum oblectent, eisq; immodice afficiamur, facile à nobis diuinum amorem profligabunt, aut certè corrumpent. Nescitis inquit apostolus, quia modicum fermentum totã massam corrumpit? Sunt nonnulli qui Deo simul & mundo seruire conantur: & in spiritualibus suis exercitijs ob sordidas quasdam consolatiunculas quas quarunt, sibi potius seruiunt quam Deo. Verum Dominus in multis sacrae scripturae locis, sibi soli integrum cor nostrum offerri desiderat, nimirum

1. Cor. 5. b.

nimirum nobilissimus nobilissimam homi-
 nis partem : sicuti nobiles quidam accipi-
 tres, corda modo edunt suarum preclarum.
 Atqui æquissimum omnino est totum cor-
 nostrum in illum transfundamus, quoniam
 vnus ipse est, qui vniuersis cordis nostri desi-
 derijs potest satisfacere, id quod nulla sanè
 efficere valet creatura. Quare qui se posse
 arbitratur simul & deo adherere, & mūdo
 huic seu rebus mundanis, & diuinæ derogat
 nobilitati, & Deo suo infidelis est: quinimo
 & inane sumit operā. Nam quū diuinus
 amor & amor mundanus pugnēt ex diame-
 tro, quo magis alter apud aliquē redūdat, eo
 magis necesse est alter minuatur. Ad hūc au-
 tem diuinum amorem admodum longanī-
 miter contendendum est: nemo enim hunc
 assequi subito potest sed sensim, præsentim
 per continuam sensualem abdicatiōē. Ad
 quod efficax erit adminiculum, & opti-
 mum medium, si quis ardentibus votis co-
 r suū extimulet, dictim centies aut (si fie-
 ri possit) milies lamentans, quod cor su-
 um Deo non valeat per constantem amo-
 rem conglutinare, ita suspirans & dicens.
 O domine Iesu, quando te toto pectore a-
 mabo? quando vnicus & solus eris &
 cordis mei thesaurus, & animæ meæ
 Eij sponsus

Simile.

...

...

...

...

...

sponsus quando in me accendetur ignis ille amoris, quem vt accenderes, in terram hanc descendisti? Quando, quod per prophetam hortaris, in toto corde meo conuertar ad te ipse conquereris per prophetam, quod ad te toto pectore non conuertamur dicens. Si quaeritis quaerite, conuertimini & venite. nos vicissim cōquerimur, quod cor nostrum inconstans te nesciat feliciter quaerere & adinuenire: & quando tādē utrobique erit quarimoniarum finis? Quando tādē & isti tuo de nobis desiderio, & huic nostro per te voto erit factum satis? Ad te clamo cū sponsa mystica dicēs. Gaudēs gaudebo in domino: & exultabit anima mea in Deo meo. Latabor & exultabo in te. psal. lam nomini tuo altissime. Omnia ossa mea dicent. Domine quis similis tibi? Veruntamen ō Domine Deus video quam adhuc absim à meis votis. Hoc ergo pacto te ipsū exercitabis. Quod si vero diutius prorogetur diuina gratia, caue impatientia tua concidas, aut diuinam bonitatem incuses, quin potius cum Magdalena quaere, illachryma, ad monumentum recurre, & omni te solatio destitutum tam diu conqueri ne cessa, donec Dominus ipse semet tibi exhibeat: Magdalenē imitans quaere tanto erga Dominum su-

Ioh. 2. c.

Iesa. 21. c.

Iesa. 6. d.

Psal. 9 a.
Psa. 91. b.

IMPEDIMENTIS. ET ADIVMENTIS. 14
nū suum ardebat desiderio, vt nulla ipsi ne
angelorum quidem potuerint solatia satisfa-
cere nisi illo potiretur in quo toto corde cō-
quiescebat.

De ordine seruando in profectu virtutum Ca. 18.

SVnt præterea per multi, qui sedule qui-
dem contendunt ad meliora, sed exiguo
aut nullo interdum fructu, propterea q̄
ordinem in dirigēda vita seruare nesciant,
qui tamen vbiuis summè est necessarius.
Quemadmodum enim qui domum extrue-
re parat, primo omnium in altum fodiens
stabile collocat fundamentum, (secus enim
magno suo dispendio edificabit) mox parie-
tes erigit, deinde tectum superstruit, ita &
in optima vita dirigenda certus quidam or-
do seruandus est, ne primo loco fiat quod
postremo faciendum est: id quod ab ijs fit,
qui neglectis incipientium ac proficientiū
exercitamentis, primo omnium totos sese
contemplatiuæ vitæ perfectioni dedūt, ar-
bitrantes primo statim saltu, ad ipsum vsq;
montis verticem se posse transuolare. Qui
dum tandem deprehendunt sese neutiquam
promouere, nec animaduertunt quid sub sit
causæ, deteriores nonnunquam fiunt ijs qui
nihil vnquā ardui aggressi sunt. Nec minus
peccant ijs, qui confusè pariter omnibus, non

E in ordine

DE SPIRITVALIS VITAE
ordine singulos volunt gradus conscēdere,
non animaduertentes singulos quosque sa-
tis præstare suis ascensoribus negocij, etiā
ijs qui huc aduigilant sedulo. Itaq; & hi quo-
niam ordinem nesciunt, raro perfectionis
culmen assequuntur. Sunt autē hi veluti præ-
coces fructus ante tempus decidentes, & ve-
luti arbores suos flores abortientes. Hac de
re sapiens. Hæreditas inquit, ad quam festi-
natur in principio, in nouissimo benedictio-
ne carebit. Nascitur autē hæc ordinis con-
fusio nonnunquam ab ignorātia, potissimū
autem ab occulta quadam (vt metuendum
est)superbia, qua videlicet nōnulli mox altis-
sima volunt audentq; aggredi. Et videntur
quidē sublime aliquid de se polliceri: at sit
plerunq; vt quo altius subuolarint hoc gra-
uius corruant. Hinc est quod Paulus nos ita
adhortetur: Omnia honeste & secundū ordi-
nē fiāt in vobis. Alibi quoq; & hoc scribit.
Quæ aut sunt à Deo, ordinata sunt. Id quo-
que in rerum natura cernimus, suo quæque
pergere ordine. Arbores primū, ferè frōdes,
deinde flores, tandē fructus parturiunt. Eo-
dem modo cætera omnia quæcunq; incre-
mentum sumunt, certū sibi à Deo inditū or-
dinē custodiūt: id q; etiā in spiritali profes-
sū obseruandū est. Primo loco anima ipsa
ab omni-

Pro. 20. c.

1. Cor. 14. 3.
Ro. 4. a

ob omnibus noxis per syncerā pœnitentiā
 est repurgāda. Secūdo per opera virtutū ex
 colēda. Tertio per pietatē & feruorē erga
 Deū perficiēda. Principio ad Christi pedes
 descendatur cū Magdalena, vbi præsto est
 admissorū condonatio, inde ad manus ascē
 datur, per honorū operū exercitia, tertio ad
 os ipsum cū spōsa mystica exosculandū, per
 suavissimi amoris sensum, perq; dulcissimæ
 faciei contēplationē. Huius aut rei typus in
 Iacob præcessit, q; priusquā formosam illā
 Rachelē mereretur vxorē, eius sororē Liā
 coactus est accipere, quæ lippis erat oculis,
 sed tamē fœcūda. Idē docet & David deum
 ait, Iustitia & iudicium præparatio sedis
 tuæ indicās respiscētiā maleq; actę vitę cor
 rectionē illic debere præcedere, vbi Domi
 nus ipse per suam gratiam possit residere.
 Itaq; summē necessariū, vt q; ex mundana et
 scelerosa vita pedē iā retraxit, primo omnīū
 ad verā pœnitentiā peragēdā totū sese cōfe
 rat, quę sanē lōgē plus negocij habet quā ho
 die vulgo æstimatur: mox veterē illam pra
 uāq; consuetudinē à se abdicare discat, ac di
 uersam à pristina illa cōuersationem appre
 hēdat, priusquā se totū ad contēplationē cō
 ferat. Nō q; expers omnino esse debeat à cō
 templatione, dum adhuc in pœnitentia agit

Gen. 29. d.

Pla. 89.

aut à pœnitentia, dum iam in contemplatione est: (nam tametsi spiritualis exercitiij gradus discreti sũnt, miscendi tamẽ sunt nonnũquã) sed vt agnoscat, qd potissimũ primo, & quid potissimũ secundo fit loco agendũ. Nam qui in statu adhuc agit pœnitentiũ ad pedes procumbens benignissimi Iesu, hinc actæ vitæ turpitudinem, inde contemplanseueram Dei iustitiã, vt ex hoc ad terrorem concitetur & contritionem, nihil vetat quominus vultum atq; oculos interdũ attollere debeat ad placidam dulcissimi Iesu faciem, recogitaturus diuinam bonitatem, eidemq; gratias acturus, quæ tã diu peccanti atq; ingrato pepercerit, & à qua ipse bona accepit loco malorum, sumpta ex hoc ipso fiducia, se non prorsus à Deo esse proiectum. Similiter qui in supremo constitutus est gradu, & per ardorem contemplationis diuinam contuetur & quoad licet degustat bonitatem, nonnunquam oculos inflectere debet ad suam vilitatem, debilitatem, vetera illa flagitia, coridianos lapsus, quo videlicet per humilitatem se magis in amore stabiliat, atque agnoscere discat quanta ipsum gratia dignetur Deus, qui hominẽtionem tam infelicem atque abiectum ad tantã subuehat dignitatẽ, suscitãs (vt inquit psalmo graphus

IMPEDIMENTIS ET ADIVMENTIS 16
psalmographus de terra inopem, & de stercore erigens pauperem: vt collocet eum cū ^{psal. 112.}
principibus, cū principibus populi sui, hoc est cum supremis cœlorum spiritibus. Hic autem ordo spiritualis profectus pulchro nobis docetur in veteri testamento enigma ^{Deut. 21. 9.}
te, vbi iudæis præcipitur, vt si quis in prælio captiuasset gentilem mulierem, quã uxorem vellet, ipsa primum cæsariem raderet, vngueis circuncideret, vestem deponeret in qua capta erat, sedensque in domo fletet patrem & matrem suam, in mense vno, & postea hanc ille acciperet uxorem, quo indicatur, quòd dum mundana aut peccatrix anima à Deo accersitur ad meliorem vitæ frugem, seu vitam monasticam, priusquam ad amplexum admitti mereatur amabilis Iesu, refecare ac proijcere debeat ònem sensualium rerum redundantiam, viuendi rationem a pristina prorsus diuersam apprehendere: secundum hæc complorare patrem suum & matrem debeat, hoc est scelerosam illam vitam, quam ab Adam & Heua primis humani generis parentibus hausit, quorum peccato in peccatis nascimur vniuersi: atq; ita tandem ad statum admitti merebitur, dulcissimæ contemplationis & flagrantissimi erga Deum amoris.

De

VT autem semitam spiritualis profectus vndiquaq; perfectius præparemus, & accinctis huius viatoribus omni ex parte commodemus, sciendum etiã apprime vtile ac necessarium esse, vt quisq; sibi prudentem ducem deligat, qui ipsum dirigat ne qua aberret: qui lassum suffulciat, onerato suppetias ferat, collapsum subleuet. Sapientis non est, longum & periculosum iter velle emetiri solitariũ, vtpote absque prudente aliquo ductore, qui omnia itineris pericula atque incommoda sit expertus. Quid enim molestius, angustius, periculosius hac semita virtutum, in qua indies tot hominum milia collabuntur & errant, etiam n̄ quibus id ipsum persuaderi non posset, quoniam excecati sunt? Quis etiam sibi arrogare audeat (præsertim qui in virtutibus adhuc pusillus atque inualidus sit) posse se euadere ac superare omnis tam insidias quam apertos insultus tam multiplicium hostium in hoc itinere excubantium, nisi secum gnarum itineris ducem habeat, qui viam commonstret, qui adiuet subin-

El. grad. 1. de & subleuet? Procul absit hæc tanta ab humilis atque incipientis animo temeritas.

Vnde

Vnde rectè Climacus. Nos, inquit, omnes qui volumus exire de Aegypto & de manibus Pharaonis, omnino egemus aliquo mediatore Moyse inter nos & Deum: sub cuius ducatu transeamus mare peccatorum, & vincamus Amalech tentatorem. Hinc etiam in quodam sermone Bernardus: Obsecro ait vos novellæ plantationes Dei, vos qui nondum exercitatos habetis sensus ad discretionem boni & mali, nolite sequi cordis vestri iudicium, nolite abundare in sensu vestro, ne vos tanquam rudes adhuc verus ille venator decipiat. Vnde obsecro vos humiliamini sub potenti manu Dei pastoris vestri: & acquiescite eorum consilijs, qui melius norunt venatoris illius versutias edocti diuturno longi temporis exercitio, & crebris experimentis, tam in se quam in multis. Quamobrem qui securè & prudenter in semita virtutum pergere desiderat, coram Deo et hominibus propriam inscitiam confiteatur oportet, atque ita alterius sese manibus committat. Si secularis est, eruditum ac prudentem sibi deligat confessarium: si monastico initiatus instituto, aut initiari decrevit, totum se præfecti sui voluntati submittat, certâ in his collocans fiduciâ, quæ ipse vel præscripserit vel cõsuluerit: nõ
 secus

Bar. ser. s. 10
 psa. qui hæc

ibid. infra

h. 22. 207

secus ipsi auscultans, atq; suo pedagogo discipulus, qui simpliciter credēs nihil de magistrī traditionibus addubitat aut disquirat. Incipientium enim obedientia indiscreta est quodammodo, propterea quod simpliciter credere debeat disquisitionem. Hinc est qđ in antiquorum patrum legimus traditionibus, nunquam eum hominē veritatis ac virtutis posse assequi cognitionē, qui singula prius conat̄ discutere, nec vult simpliciter credere. Cernens enim diabolus talem magis suo fidere quam praelati sui iudicio, facile eum huc adducet, vt credat esse impium atq; inutile, quod vel maximē vtile est ac necessarium. Huius autem rei figura præcessit in eo quod bos, ovis & capra quum genita fuissent, septem diebus sub vbere matris sue esse præcipiebantur, die autē octauo & deinceps domino permittebātur offerri: Quo indicatur christianæ religionis tyronema spiritali quoquam patre seu matre formari, adiutari & confortari debere, priusquam diuino obsequio possit esse idoneus. Itaque qui in via graditur virtutum nullo ductore veluti nauigium est sine nauclero, ovis sine pastore, miles seu exercitus sine imperatore: pullus gallinaceus sine matre, quibus sane non mediocri imminet periculū, vt vix fieri

in coll. pat.

in coll. pat.

in coll. pat.

Leu. xx. d.

IMPEDIMENTIS ET ADIVMENTIS. ¹⁰
fieri possit quin ipsis cedat pessimè. Citra
vllum sane negotium poterat Deus omnes
ita sapientes ac robustos creasse, vt ipsis fu-
erat iuxta cuiusq; conditionem ad salutem
necessarium: verum quo alendæ inter mor-
tales amicitia & exercendæ humilitatis præ-
staret occasionem, his quidem cumulatus,
illis vero parcus sua dona distribuit. Pec-
uliariter autem id humanæ inditum est natu-
ræ, vt quisq; alterius magis vitium depre-
hendat perspiciatq;, quam suum: nam fere
in propria quisq; causa cæcutit, atq; halluci-
natur. Hinc sapiens. Ne sis inquit sapiens a ^{Pro. 1. 7.}
pud te metipsum. Quam autem sit tyronibus
atq; imperfectis necessarius ductor, pæda-
gogus, aut spiritualis pater siue mater, &
quam huic fidere debeat, probè nos docet
apostolus Petrus, ita christianis scribens re-
center initiatis. Sicut modo geniti infantes, ^{1. P. 2. 2.}
rationabile & sine dolo lac cõcupiscite: hoc
est, eum vobis quærite qui matris instar vos
nutriat ac tueatur. Absit vt arbitreris te pos-
se absq; alieno subsidio progredi: verum quæ
admodum puellus suæ sese credit matri: ita
tu quoq; spirituali tuo fide parenti, certam
quandam ab illo viuendi normam postulâs
quæ maximè tuo seruiat statui atq; ingenio.
Vniuersas tuas tentationes, atque adeo cor
ipsum

DE SPIRITUALIS VITAE
ipsum totum eidem referato, haud facile
quicquam aggressurus citra aut praeter ip-
sius consilium. Ad haec tanquam a matre fi-
lius, ab ipso solatium & consilium petito,
quasi pabulum quoddam vitae spiritualis.
Haec prima est verè humanitatis probatio,
hoc salutaris profectus fundamentum: haec
denique efficacissima ratio est ad superan-
das aut euadendas impias suggestiones, quã
in primis exhorret inimicus diabolus. Fieri
enim haud potest vt diutius ipse apud illũ
delitescat, quem suo parenti continuè cer-
nit omnia pectoris sui pandere arcana: sed
quasi serpens è cauerna sua mox cõpellitur
prodire. Contra autem euidentis iudiciũ est,
eum esse miserè illaqueatum atq; abductũ,
qui nec velit nec possit pectoris sui arcana
praesidi aut spiritali patri manifestare: id
quod accidit nonnunquam ob nimium pu-
dorem, nonnunquam etiam ob superbiã: dũ
videlicet ipse sibi abunde prudens videtur,
aut persuasum habet patrem esse imprudẽ-
torem, quam qui possit opem aut consiliũ
prestare. Quam ob rem etiam per diuinam
iustitiam, ruere sinitur in miseritiam cõsci-
entiae carnificinam atq; cœcitatẽ, ita vt so-
licitationes quasdam aut molestias lógo tẽ-
poris tractu cogatur perferre, a quib. infra
vnius

IMPEDIMENTIS ET ADIVMENTIS. 14
 vnius forte horulæ spacium poterat liberari,
 si suo sese crederet ac paderet comoderato
 ri. Quæ sane via est ad virtutem & rectior, &
 certior, utpote quæ ducat hominem ad perfectam
 sui renunciationem, ac pinde ad veram perfecti
 onem: quæadmodum omnes testantur sacri scriptores,
 notatim autem quidam in patrum Collationibus. ita in
 quies. Nullo modo poterit in anima nostra virtutum
 structura consurgere, nisi prius iacta fuerint
 veræ humilitatis & simplicis obediencie in no
 stro corde fundamenta: ita ut præter abba
 tis mandatum nulla penitus voluntas viuat in
 nobis. Quod non aliter observari poterit, nisi
 si quis non solum se mortuum huic mundo, ve
 rum etiã insipientem iudicaverit ac stultum, vni
 versa quæ sibi fuerint à senioribus imperata si
 ne ulla discussione perficiens, sacrosacta ea
 credens ac diuinitus promulgata (nisi forte ea
 palam essent impia) atque ita tandem per huius
 modi humilis obediencie exercitationem ad p
 fectam boni cordis quietudinem poterit peruen
 ire. Hæc etiã nos passim docent arcanæ scri
 pturæ. Samuel enim adhuc infantulus Eli sa
 cerdoti licet indigno traditus est, à quo & e
 ruditus est quæ pacto responderet cum à domino ap
 pellaretur & propheta eligeretur. Item cum dominus
 Paulum convertere decreuisset, Ananiam tradi
 dit imbuendum. Ipsi Lothi angelum dedit itinere
 ris ducem; cõsimiliter Thob. ange. Raphaelẽ:

Cass. li. de
 insti. cano.
 12. ca. 20.

ibid. paulo
 inferius.

Hactenus
 Cass.

1. Re. 1. d.
 ibid. 2.

Act. 9. b
 Gen. 19. e.
 Thob. 5. 21

DE SPIRITUALIS VITAE
populo quoque Israelitico Moſen, & poſt
hunc Joſue eidem dedit propugnatores:
hoc ipſo nos erudiens, ne quid ardui nego-
tij citra ductorem aggredi praſumamus.

Quid fieri debeat tam à monachis quàm Laicis
in deligendo conſiliario: & de efficacia obedien-
tia. Cap. 20.

Dixerit hic fortaffe aliquis, Ego quum
monaſtico inſtituto initiatus non ſum
ſed communi viam lege chriſtiano-
rum, proſus non habeo qui mihi patris lo-
co ſit, & à cuius conſilijs pendeam. Nã qui
parochum agit, homo eſt parum religioſus
aut certe admodum rudis. Vbi igitur talem
nanciſcar, cui memet totum concedam, &
qui viciffim ſe mihi & patrem & prudentē
praſtet conſiliarium? Idem conqueri & coe-
nobita poſſunt, qui moderatorem habent
parum prudentem, ineruditum, aut paulo
morofiore, quem nō liceat mutare. Quid
igitur conſilij aut reſponſi his dabimus?
Principio in confefſo quidem eſt, multam
pro dolor vbique eſſe raritatem eorum qui
digne & ſincere greges curant dominicos,
neutiquam tamen Deus eos deſerturus eſt,
quos cognouerit toto ipſum corde quaeren-
tes. Qui ergo in ſeculo agit, libertatem ha-
bens deligendi ſibi conſellarium quemcūq;
decreuerit,

IMPEDIMENTIS ET ADIVMENTIS 46
decreuerit, hic saltem eam curā adhibeat ad
tuendam animæ sanitatē, quā adhibiturus
esset in deligēdo medico, si corpus capitali
quopiam morbo laboraret. Qui vero mo-
nasticam agens vitā, certo vni confessario
addictus est, non nimium expendat quam vi-
deatur is parum eruditus, prudens aut pro-
bus, sed id magis cogitet Dei esse vicariū,
per quem Deus ipse velit subditorū salutē
administrari, eidem etiam impertita gratia
subditorū meritis ac necessitatibus oppor-
tuna. Vt enim nonnulli videantur vita aut
eruditione parum probata, norunt tamē nō
raro, diuina id operante gratia, quam op-
time consulere alijs, etiamsi sibi consulant
pessimē. Idem quoq; sibi persuadeant cogi-
tentq; liberam in seculo vitam viuentes, dū
non queunt nancisci probati alicuius pœni-
tentiarij aut parochi copiam, longanimiter
cum bona interim erga deum fiducia agen-
tes, eundemq; flagitantes, vt suo ipsis consi-
lio adesse, atq; eius cui subsunt pastoris ani-
mū diuina sua sapientia dignetur imbuere:
id persuasi quod quemadmodū medici non
nulli morbo quopiam obnoxij, optime qui-
dem alijs consulere ac mederi, non autem si-
bi ipsis norunt, ita pastores quoque parum
sani, tametsi non sibi, alijs tamen salubriter
F possint

DE SPIRITVALIS VITAE

Ioh. 11. g.

possint cōsulere adiuti videlicet vel ijs quæ
lectione didicere, vel ijs quæ ex diuini Spi-
ritus fauore ob prouinciæ quam sustinent,
dignitatem sunt assequuti. Siquidem & Cai-
phas alioqui reprobus teste Euangelista, cū
esset pontifex, noscitur prophetasse. Beatus
quoque Bernardus id de se testatur, multa
sibi dum alios admoneret diuinitus admini-
strari solita, prout eorum quibus loqueba-
tur feruor aut dignitas promerebatur. Hæc
quum ita sint, nemo sibi siue monachus siue
laicus prætexat excusationem, quasi necessa-
rio sit consilio destitutus, sed lubens ac vo-
lens sui moderatoris semet subiiciat volun-
tati, magis semper legitimo suo fidens pa-
stori, modo mediocri polleat tum probita-
te, tum eruditione, atque extrario quopiam
qui vulgo fortasse habetur præstantior.

Huius autem subiectionis multa passim ex-
tant exempla, etiam eorum qui liberam ex-
egere vitam, qui suapte sponte probatum
aliquem virum sibi deligebant cui in omni-
bus obsequerentur, sicuti de illustrissima il-
la legimus Elizabetha regis Hungarorum
filia.

Et eximius ille beatæ paupertatis at-
que

que humilitatis zelator **F R A N C I S -**
C V S suis sæpenuero comitibus detulif
 se obedientiam scribitur, quò videlicet sua
 opera tanto magis redderet meritoria, quã
 to haberent minus propriæ voluntatis at-
 que consilij: à quibus sibi quisque quantum
 fieri potest debet prospicere. Nam propri-
 um consilium plus quam fallax est: & pro-
 pria voluntas plus quã pernitiōsa. Quid
 enim inquit Bernardus odit aut quid punit
 Deus præter voluntatem propriam? Cesset
 voluntas propria, & infernus non erit. Eam
 autem interpretatur voluntatem esse pro-
 priam, quando quod volumus non ad ho-
 norem Dei, non ad vtilitatem fratrum, sed
 propter nosmetipsos facimus, satisfacien-
 tes proprijs motibus animorum. Est præte-
 rea propria hæc voluntas spiritualis quæ-
 dam arrogantia, dum quis tantum suo tri-
 buit iudicio, vt ne latum quidem vnguem
 ab illo velit recedere, etiamsi cœtus ipse re-
 fragetur vniuersus.

Ber. ser. de
 resurr. ij.

Hæc duo veluti radices sunt omnis ma-
 li, atque adeo omnium errorum simul &
 criminum scaturigines. Porro ad hæc re-
 uellenda in primis conducit obedientia,
 qua nosmet mancipamus alterius potestati,

F ij ipsius

ipsius potius obtemperaturi sensui atq; vo-
 luntati quam nostræ. Quæ autē ex sincera
 obediētia fiunt opera, pura prorsus sunt, &
 ab omni propriæ voluntatis sorde aliena,
 Hæc est semita multo tum apertissima, tum
 facillima, tum etiam rectissima ad salutem,
 vt quā nos Christus ipse iam duodēnis edo-
 cuit, dū è parentū manibus elapsus & in, tē-
 plo in medio doctorum repertus ab incre-
 pantis more loquente matre audiens. Fili,
 quid fecisti nobis sic, parentum iussis obtē-
 peravit. Sic enim refert Euangelista. Et des-
 cendit cum illis & venit Nazareth : & erat
 subditus illis : nimirum Christus Mariæ &
 Ioseph, Deus hominibus: Nō quod ipse ege-
 ret parentum aut cura aut institutione, sed
 quod nobis id esset necessarium, nimirū vt
 nos primū omniū disceremus humilis obedi-
 entia semitam, tanquā inter cæteras Chri-
 sti virtutes primam, ac præcipuam, vtpote
 quam primo omnium nobis suo exemplo
 commonstrarit. De hac virtute piè admo-
 dum scribit beatus Bernardus, ita in sermo-
 ne de resurrectione Domini tertio inquiēs.
 Attende quid fecerit magni cōsiliū angelus,
 quomodo consilium suum postposuerit cō-
 silio vel magis volūtati mulieris vnus (bea-
 tam virginem loquor) vt fabri pauperis, ip-
 se est

Luc. 2. g.

Bernar.

se est Ioseph. Inuentus enim in medio docto-
 rum audiens eos & interrogans quodam-
 modo increpatus à matre est. Luc. 2. f.
 Fili quid fecisti nobis sic? At ille, Quid erat inquit quod
 me querebatis? Nesciebatis quia in his quæ
 Patris mei sunt oportet me esse? At illi nõ
 intellexerunt verbũ: & q̄ fecit verbũ. Non
 capiebatur in se, descendit ita vt esset etiã
 subditus illis. Quis iam non erubescat ob-
 stinatus esse in consilio suo, quando suum
 sapientia ipsa deseruit? Sed forte querendũ
 ab ipso est, quomodo voluntatem suam cõ-
 siliumue reliquerit. O Domine voluntas de-
 qua dixisti vt non fieret, si bona non erat,
 quomodo tua erat? Si bona erat, quare de-
 relicta est. Sic & consilium si non bonum,
 quomodo tuum? Si bonũ, quomodo relin-
 quendum? Et bona erant, & eius erant, neq̄
 minus sunt relinquenda ob hoc videlicet, vt
 fierent meliora. Neq̄ enim oportebat pro-
 pria præiudicare communibus. Erat ergo
 voluntas Christi, & bona erat, quæ dicebat
 si fieri potest transeat à me calix iste: sed ea
 quam dicebat, fiat volũtas tua melior erat,
 quia communis non solum Patris, sed &
 Christi ipsius (oblatus est enim quia voluit)
 & nostra. Proinde Dominus ipse suam de-
 seruit cum doctoribus disputationem, ni-

DE SPIRITVALIS VITAE
mirum bonum opus ob aliud præstantius at-
que communius, vtpote quod ad profectū
pertineret omnium, quo videlicet rectam il-
lam obedientiæ semitam suo ipsius exem-
plo nos pariter doceret omneis: præsertim
tamē paruulus paruulos & in virtutibus ad
huc imbecillos, deinde etiam vt huius virtu-
tis nobis insinuaret dignitatem atq; efficaci-
am, quæ tanta est, vt opus alioqui bonū lon-
gè reddat præstantius, imo opus alioqui aut
nullius aut exigui meriti, maiori etiam pre-
mio efficiat dignum, quam sit aliud natura
sui eximium. Tradunt nanq; catholici do-
ctores, maioris eum esse apud Deum meri-
ti, qui carnibus vescitur, ieiunium dissoluit,
aut aliud aliquod pœnitentiale opus inter-
mittit mandato coactus obedientiæ, quam
qui à carnibus abstinet sola adductus volun-
tatis propriæ libertate. Vnde beata illa Bri-
gida ita à Domino scribitur audisse: Etiam
si quater in die comederis, non tibi imputa-
bitur ad peccatum, si permissione eius fece-
ris cui teneris obedire. De hac quoq; obedi-
entia cum primis consolatoria sunt quæ scri-
bit Climacus. Obedientia inquit est satisf-
factio chara Deo, non timens mortē. Obe-
dientia est nauigatio sine damno, & est ire
per viam dormiendo. Obedientia est sepul-
tura

In reue. Bri-
li. 4. ca. 106.

Cli. gra.
4. in princi.

IMPEDIMENTIS ET ADIVMENTIS 49
tura voluntatis, & resurrectio humilitatis.
Obedientia non contradicit, non discernit,
mortua est in malis & in bonis apparentib.
Prælatus obedientis reddet rationem pro
eo. Hortor ergo hanc sibi quisque pro sta-
tus sui conditione quærat commoditatem.
Hanc amplectatur semitam, hoc tantum
non negligat ad salutem adiumentum, hoc
est subesse quisque curet alterius imperio:
id quod interdū perinde foret facile laicis,
atque ipsis monachis, si modo huc,
quod in ipsis est, adniterentur.

Quamquam interim
quæ cum voto
coniuncta
est obe-
dientia, aut ex voto
proficiscitur, suorum operum
merita magis accumulatur.

P R E C A T I O.

Domine IESU Christe uere æterne atq; omni-
potens pastor, qui ut ouiculis absolutam &
securā uiuēdi formā cōmōstrares, te uoluisti
subdere mortalib. Mariæ uidelicet matri tuæ,
et educatori tuo Ioseph, ut hoc humilitatis exemplo

F iij nos supera